de secundo penalitatem et miseriam. Et bene
dicit. stetit. quia nunquam cecidit. sedit uel ia
cuit. Cadit quis per peccatum suum. sedet per consuetudinem
iacet per longam consuetudinem in malum.
In christo autem nichil istorum fuit. ¶ Secundo secundum quen
dam postillatorem christus dicitur medius. notatur ex parte christi
propter reconsiliando missio. i. thi. 2. Vnus
mediator dei et hominum etc. Item respectu mediorum
uocacione eorum de christo estimacio. qui medius est. i. vilis
ac minimus reputatus est. 1o. 4. Nos stulti

Baptismus triplex.
Argumentum.
Solutio.
Greg.
Stetit medius.
Gen.
Postill.

qui hic homo prior est. Creatur & medius ut haberetur in eo exemplaris informacio qui prelatus inter suos debet esse medius. Eccl. 32 Rectorem te posuerunt noli extolli sed esto in illis quasi unus ex illis. Creatur & medius ut opem ferret in suo nomine congregatis. Mt. 18 Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Debet autem deus spiritualiter eligere medium primo quia medium est locus humilitatis. Luc. 22. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Item est locus conformitatis quia conformiter habet se ad omnes. Act. 10. In veritate comperi quia non est personarum acceptor deus. Item est locus unitatis quia extrema conveniunt in medio. Eph. 2. Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum. Item est locus stabilitatis quia medium mundi est fixum. 1 Cor. 3. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est &c. Item est locus propinquitatis quia omnibus partibus appropinquat. Act. 17. Quamvis non longe sit ab unoquoque vestrum. Non ergo mirum & si Johannes dicat iudeis. Medius vestrum stetit. Sed tamen dum est eis quod addidit. Quem vos nescitis. terrenis occupati malicia excecati & eius humilitate decepti & tamen ipse est qui post me venturus est &c. Ubi testimonium perhibet Jo. de baptismo propter dignitatem quatenus appareat differencia inter baptismum Christi & Johannis. & sic satisfaciat questioni querencium quare Johannes baptizaret ex quo non erat Christus. In primo innuit quod baptismus Johannis baptismo Christi fuit preparacio. cum dicat Ipse est Christus qui post me baptizans & predicans venturus est baptismi perfeccioni & consummacioni. Sicut enim inter formas que posterior est dignior est & magis perficit. Sic sic quasi diceret Johannes secundum Crisostomum si meus baptismus perfectus esset nunquam veniret alius post me baptismum alium traditurus. Sed hic baptismum illius preparacio est umbra et ymago. Sed hic dubitatur quare Johannes dixit de Christo. Qui post me venturus est cum iam venisset. & quare dixit qui ante me factus est. Aut enim intelligitur quod Christus ante eum factus est in quantum homo & tunc non videtur verum quia deus non est factus. Sed ista dicitur quia Christus post Johannem erat futurus quia post ipsum erat predicaturus & baptizaturus & moriturus. Quod autem dicitur ante me factus est potest intelligi in quantum homo quia in quantum homo factus est ante Johannem non tempore sed dignitate. Ut dicatur ante eum factus est id est sibi prelatus secundum dignitatem. Non dicitur proprie factus sed genitus. Est ergo sensus Qui post me venturus est ad predicandum & baptizandum ante me factus est secundum dignitatem. Cuius ego non sum dignus ut solvam corrigiam calciamenti eius. Ubi & testimonium perhibet de ineffabili misterio incarnacionis. Unde secundum quedam postillam notantur tria scilicet natura divina anima natura humana in calciamento & utriusque nature ligacio per corrigiam. Hec tria difficiliter narrantur & commentatores hanc materiam circumstantes cum difficultate maxima dissolvunt. Prov. 30. Tria sunt mihi difficilia &c. Potest tamen illud intelligi ad literam quia pro Christi sublimitate ita estimabat se Johannes dignitate infimum servicium exhibere. Quia nullus quantumcumque homo existat debet se dignum reputare ut Christum discalciet. Et istud videtur tertium concordare. Ipse enim cum maximus reputari posset minimum se reputavit implens preceptum sapientis dicentis Eccl. 3. Quanto maior es humilia te in omnibus & coram deo invenies graciam. Vel per hoc ut dicitur est voluit incarnacionis misterium designare. In Christo enim est deitas caro & anima. Per pedem deitas designatur quia sicut pes totum corpus sustentat sic & deitas omnia portat. Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis sue. Per calciamentum intelligitur Christi caro mortalitati subiecta & deitati quodammodo vestis facta de calciamento in persona Christi. Unde dicitur in Ps. In ydumeam extendam calciamentum. In ydumeam extendit calciamentum suum deus se asserit. quia dum per carnem gentibus innotuit quasi ad nos calciata deitas venit. Per corrigiam ligaturam i. [illegible] unionem insinuat quam nullus scit investigare. Vel per corrigiam signatur anima Christi quia sicut per corrigiam calciamentum pedi astringitur sic mediante anima deus carni sociatur. Qui ergo non cognoscit ad extremorum nec medium cognoscat. In hoc ergo quod dixit se non esse dignum calciamenti corrigiam solvere dat intelligere quod fuit sufficiens nec carnem de virgine genitam nec deitatem eternam debite clarare. Vel in hoc quod dixit se non esse dignum corrigiam calciamenti solvere dat intelligere se non esse dignum sponsam Christi id est ecclesiam sibi tamquam sponso spirituali matrimonio copulare. Quia ut habetur Deut. 24. calciamentum distrahebatur ab illo qui sponsam ducere recusabat. & ipse qui detrahebat ipsam sibi in sponsam accipiebat. Pro isto notetur historia Ruth 4. Augustinus. Mos apud veteres fuit ut si quis vellet ducere uxorem que sibi competeret iste ei calciamentum solvebat qui ad hanc iure propinquitatis sponsus accedebat. Christus autem verus sponsus est ecclesie. Quia vero Johannes perhibetur Christi iure indignum se ad solvendum calciamentum eius nunciat. Quasi diceret Non valeo denudare vestigia sponsi quia eius sponsam non usurpo michi. Vel est textus. Cuius non sum dignus id est evangelicam predicacionem mundo declarare. Unde Beda. Calciamentum nupciale est predicacio evangelica quo calciati fuerunt apostoli. Eph. 6. Calciati pedes &c. Hec autem in Bethania facta sunt. Ubi patet testimonii celebritas quantum ad locum. Per hoc quod in tali loco testimonium perhibuit ubi plures conveniebant. Unde dicit Hec in Bethania facta sunt transiordanem. Ad differenciam scilicet Bethanie que est citra Iordanem. Due enim sunt Bethanie ut dicit glossa una transiordanem alia citra non longe a Jerusalem ubi Lazarus fuit resuscitatus. In Bethania autem transiordanem erat Johannes baptizans & propter copiam aque. Jo. 3. Erat autem Johannes baptizans in Enon iuxta Salim quia aque multe erant illic. Hic autem querit Crisostomus & allegat eum postilla quare evangelista determinat de loco ubi hec facta sunt. Est autem ratio litteralis & mistica. Litteralis duplex. Prima testimonii maior confirmacio. Secunda eorum que dixit possibilis probacio. Tempore enim quo evangelista ista scripsit adhuc supererant multi qui hic interant testimonio quorum assercio posset credi. Ratio autem mistica duplex fuit. Una tropologica alia allegorica. Allegorice per duas Bethanias signatur humana natura sub duplici lege constituta. Una lex moysaica alia plenitudine gracie & hec non plene a peccato & a pena peccati

Medium
Dubitatio
R.
Postilla

liberat. Alia bethania e(st) trans iordanem ubi xp(istu)s ut d(i)c(i)t(ur) lazaru(m) suscitauit. Io. 11. Cuius baptismus ab omni p(e)cc(at)o liberat (et) libertatis c(e)l(estis) ianuam statim reserat.
Et hoc signatum e(st) p(er) hoc q(uod) bethania i(n) latere montis oliueti iuxta ier(usa)l(e)m sita e(st). Racio e(st) p(ro)pos(it)a e(st) q(uia) nullus ad remissionem p(e)cc(at)or(um) p(er)uenire p(otes)t n(isi) p(er) obedie(n)ciam q(ue) signatur p(er) bethaniam que domus obediencie interpretatur. Non eni(m) animaliu(m) uictimis s(ed) deuocione obedie(n)cie p(e)cc(at)a p(ur)gantur. 1. Reg. 15. Melior e(st) obedie(n)cia q(uam) uictima. Ite(m) ad culpe remissione(m) no(n) p(er)ueniet n(isi) p(er) ueram humilitatem que signatur p(er) iordane(m) que interpretatur humilis descensus. ysa(ie) ult. Ad quem respiciam n(isi) ad pauperculum (et) humilem (et)c. Sic ig(itur) humiliari (et) conteri ut uos approbatiue dignet(ur) d(omi)n(u)s intueri ille uobis concedat Amen.

Dñica infra 8. natiuitatis dñi

Erant pater (et) mater ih(es)u mirantes sup(er) hiis que dicebant(ur) de illo (et)c. Luc. 2.
In p(ri)mo huius euang(elii) notandum s(cilicet) q(uod) tamen q(uod) nedum u(er)ba x(rist)i uobis saluberrimu(m) documentum exhibe(n)t (et) ea q(ue) fecit uirtutis ex(empl)a, uerum (et) ea que c(ir)ca (et) p(ro)p(ter) ip(su)m facta sunt uirtutu(m) p(ro)x(im)a uobis exempla misteria q(ue) declarauerunt qualia sunt que i(n) hoc euang(eli)o continentur. Ubi plures p(er)s(one) non sine causa multipl(ic)a recitantur qui in hoc euang(eli)o omnia posita ad manum p(ro)ficiunt informacioni. q(ui)a in hoc euang(eli)o instruuntur coniugati uidue uirgines senes pueri parentes (et) filii sicut inferius patebit aliqualiter i(n) p(ro)cessu. Continet tamen hoc euangeliu(m) ad litera(m) s(e)c(un)d(u)m pharisenu(m) 4. principa(li)a. p(ri)mo ioseph (et) marie admiracionem. 2o Simeonis p(ro)phecia(m) tribulacionum. 3o Anne confessionem. 4o Ioseph (et) marie conuersionem i(n) Nazareth. 4o pueri commendacionem. Dicit ig(itur) euang(elis)ta. Erant pater (et) mater. (et)c. Pater primus i(d est) ioseph qui merito pater x(rist)i dictus est q(uia) nutricius eius fuit. Beda. Patrem saluatoris appellans euang(elis)ta Ioseph nequaq(uam) oblitus e(st) q(uod) mariam de sp(irit)u s(an)c(t)o concepisse (et) co(n)gnitum peperisse narrauit s(ed) opinionem uulgi exprimens que uera historie lex est. Patrem Ioseph nuncupat x(rist)i. Unde sicut p(ro)phanu(m) loque(n)dum e(st) ut plures sapiendu(m) ut pauciores. sic scriptura ut uulgus sepe loquitur minus sanus sensus (et) sinister a sapientibus ex ea eliciatur. Sic enim 1. Reg. 28. samuel d(icitu)r suscitatus q(uam)uis no(n) samuel s(ed) sp(iritu)s malignus i(n) sp(eci)e eius apparuit phitonice ut p(ro)bat Aug(ustinus) in de q(uesti)o(n)ib(us) ueteris (et) noue legis. q. 27. Sic agarenu(m) sarrace(n)i uocantur ab hominibus usq(ue) ad p(rese)ns. Ad quem e(tiam) sensum Ioseph pater x(rist)i d(icitu)r. q(uam)uis ex hiis uerbis (et) fotinani (et) ebionite occasionem sua(m) sumpserunt q(uod) asserunt x(rist)um ex Ioseph esse p(ro)pagatum. Beda. Patrem saluatoris appellat Ioseph. no(n) q(uod) uere iuxta fotinianos pater fuit eius s(ed) quo ad famam marie conseruanda(m) pater sit ab o(mn)ib(us) estimatus. Aug(ustinus). Eo modo pater ualet dici ip(s)i(us) quo (et) uir marie recte intelligitur sine commixtione carnis ipsa copulacione coniugii multo uiri coniunctius q(uam) si esset ei aliunde adoptatus. Neq(ue) p(ro)pterea no(n) erat appellandus Ioseph pater x(rist)i q(uia) non concumbendo eum genuit qui quidem pater esset ei que(m) no(n) ex sua coniuge p(ro)creatum adoptasset. Orig(enes) tamen dicit q(uod) si altius aduiq(ue)rit p(otes)t dicere q(uod) generacionis ordo a dauid usq(ue) ad Ioseph deducit(ur) ne uideretur frustra nominari q(uia) pater no(n) fuit saluatoris. (et) generacionis ordo haberet locum pater dictus e(st) appellatus. (et) p(ro)p(ter) hoc d(icitu)r. Erant pater (et) mater ih(es)u scilicet maria mirantes sup(er) hiis que dicebant(ur) modo ab angelis modo a pastoribus modo a simeone modo ab anna p(ro)phetissa. De illo scilicet ih(es)u. Nec mirum si mirabilia de illo dicebantur (et) si audientes ea mirabantur. Nam s(ecundu)m Aug(ustinum). Homo de uirgine natus mirabilis fortassis opus e(st) q(uam) mundus. ysa(ie) 9. Uocabitur nomen eius admirabilis. Et hest(er) 15. Ualde mirabilis es d(omi)ne (et) facies tua plena est graciarum. Hec itaq(ue) dicit postilla. Notandum inquid q(uod) admiranda fuerunt q(ue) dicta sunt de puero. Item que dicta a puero (et) que facta sunt ab eo. ut merito dicat ysaias de eo. Uocabitur enim admirabilis. Et ps. Scitote q(uonia)m mirificauit d(omi)n(u)s s(an)c(tu)m suum. Admiranda sunt que dicta sunt de eo a p(ro)phetis longe an(te) incarnacionem. Ut e(st) illud ysa(ie) 7. Et uocabit nomen eius emanuel i(d est) nobiscum deus i(d est) in homine deus. S(ed) de hiis inquit causa breuitatis no(n) p(ro)sequimur s(ed) solu(m) de hiis q(ue) c(ir)ca eius concepcionem (et) natiuitatem dicta sunt de eo. Notandum ig(itur) q(uod) ualde admiranda fuerunt que p(er) gabrielem marie dicta sunt de ip(s)o. Luc. 1. Uocabis inquit nomen eius ih(esu)m in quo insinuatur eius sapiencia (et) bonitas. Bonitas eius (et) sapiencia principis saluat p(o)p(u)lum sicut insipiencia (et) impietas p(er)dunt. Ec(clesiastic)i 10. Rex insipiens p(er)dit p(o)p(u)lum suum. Et p(ro)u(erbiorum) 28. leo rugiens (et) ursus esuriens princeps impius sup(er) p(o)p(u)lum pauperem. Item in eo notatur nobilitas (et) indeficiens p(otes)tas q(uia) regni eius no(n) erit finis. Item admiranda sunt q(ue) dicta sunt marie ab elizabeth. In eodem. Unde hoc m(ihi) ut ueniat mater d(omi)ni mei ad me. Ecce enim ut facta est uox salutacionis tue i(n) auribus meis exultauit in gaudio infans i(n) utero meo. Elizabeth cognouit p(rese)nciam d(omi)ni p(er) reuelacionem pueri adhuc in utero clausi. Uel q(ui)a g(ra)tis indicauit matrem d(omi)ni mulier facta. Ut facta est insimul uox salutacionis tue (et)c. puer i(n) utero elizabeth clausus uelud ultra duos parietes clausus uidetur sensisse in utero uirginis d(omi)n(u)m clausum. Uel loquens de ioh(ann)e uere ardens ignis erat (et) uehement(er) accensus quem sic permisit flamma celestis ut iam sentiret x(rist)i aduentum qui no(n)dum potat sentire seipsum. Item admiranda sunt que dicta sunt de eo p(er) zachariam luc. 1. Uisceribus misericordie uisitauit nos oriens ex alto. Item filius dei qui ex patre oritur eternaliter uisitauit nos nascens de matre temporaliter. Item admiranda sunt que dicta sunt Ioseph de eo ab angelo. Mat. 1. Quod enim natum est de sp(irit)u s(an)c(t)o e(st). De hiis admirandis c(ir)ca eius concepcionem (et) natiuitatem dicit Ber(nardus) i(n) sermone Angelus nunciat. uirtus altissimi obumbrat. spiritus sanctus superuenit. uirgo parit. uirgo manet. quis no(n) miretur. nascitur altissimi filius deus de deo genitus an(te) secula nascitur uerbum infans. quis uel satis miretur. Ideo no(n) immerito. Erant pater (et) mater admirantes (et)c.
Admiranda (et) sunt que dicta sunt ab eo. Luc(e) 4. Admirabantur omnes in uerbis gr(aci)e q(ue) procedebant de ore eius. Et Mat. 7. Cum consummasset ih(esu)s uerba hec admirabant(ur) turbe de doctrina eius. Et luc. 2. mirati i(n) eius responsione

tauerunt. Admiranda sunt que fiunt ab eo ut pro
possit ei dici. Tu es deus qui facis mirabilia
magna. Porro homines mirati sunt dicentes.
qui uenti et mare obediunt ei. Et ita a. Quan
to magis parebat etc. Surdos facit audire
et mutos loqui. In primo autem supra exposito. Erat
pater et mater etc. Jannensis instruuntur coniugati
hic. Et hoc in maria et ioseph. inter quos fuit
verum matrimonium sine tamen commixtione carnis. Ma
ria quidem honorauit sponsum suum preponendo
eum. Luce 2. Ecce pater tuus et ego etc. Et ei
obediens erat sicut iam quando pregnans secum in
bethleem iuit et postmodum in egiptum. Joseph
honorabat sponsam suam tamquam matrem domini sui.
Debent ergo uxores exemplo marie uiro suo obedire.
1 pet. 3. Mulieres subdite sint uiris suis. sic
obediebat abrahe uxor eius dominum eum uocans.
Viri autem debent uxores suas honorare. 1 pe. 3.
Viri cohabitantes quasi inferiori vasculo mu
lieri impartientes honorem. Ambo autem et uir
et mulier debent se inuicem diligere precordiali a
more. Quod enim uir uxorem suam diligere debeat pre
cordiali amore ostenditur in prima formatione quia mu
lier formata est de parte corporis uiri iuxta cor ad in
nuendum quod uir mulierem diligere debeat amo
re precordiali. Quod autem uirum debeat mulier dili
gere consimili amore ostenditur ex ecclesie institutione que
ordinauit ut quarto digito sponse annulus impo
natur. Dicunt enim naturales quod quedam ve
na a corde procedit in digitum quartum ideo annu
lus in quarto digito ponitur ad innuendum quod uir
uirum cordiali dilectione diligere debet. ¶ Et benedix
it illis symeon etc. Greg. laudibus diuinis
exhibitis uertit se symeon ad benedictionem addu
centium puerum. Unde dicitur. Benedixit illis symeon.
Benedictionem ergo utrique donauit. Oculorum uero presagi
a tamen ad matrem dirigit. quoniam per totum bene
dictionem non pertinet ioseph similitudine patris
per ea vero que dicat matri ueram eam probat ge
nitricem. Unde sequitur. Et dixit ad mariam matrem eius.
Greg. dixit autem ad mariam magis quam ad ioseph
quia magis pertinebat ad eam de puero. quia ipsa
erat uera mater christi. Joseph uero pater putatiuus.
Dixit inquam. Ecce hic scilicet christus positus est id est a deo
statutus in ruinam multorum id est superborum se stare
putantium sicut phariseorum Luce 1. Dispersit superbos
mente cordis sui. Et positus est in resurrectionem
multorum id est humilium ex se stare non putantium.
Vel sicut dicit interlinearis. positus est in ruinam non
credentium per occasionem id est resurrectionem multorum scilicet
credentium et per eum. qui enim predicatorem et resur
rectorem inuenientes detraxerunt. ex hoc occasionem
ruine assumpserunt. Qui vero crediderunt et obe
dierunt. per ipsum et omnino resurrexerunt sicut patet
in latrone malo et bono. ¶ Origenes quasi simi
liter exposuit pater dicere in ruinam eum uenisse infideli
um et in resurrectionem credentium. Jannensis. Christus
fuit in ruinam malis qui scilicet salubribus documen
tis ad suam perditionem utuntur. Tales enim exce
cantur ex luce moriuntur ex odore et infirmantur
ex medicatione. Ista tria ex christo a pluribus addu
cuntur. Primum adducit Crisostomus dicens quia quando lux
splendet et sol radiat oculos debiles conturbat.
Et Augustinus. Oculis egris lux est que puris est a
mabilis. Tales sunt sicut noctue et uespertiliones
qui excecantur a lumine. Secundum scilicet Cri
sostomus sicut lux et si oculos debiles turbet lux
est. hoc modo et saluator perseuerat et si conrumpat

persimum. semper enim est eius officium destructio scilicet
corporum resanatio. quamobrem non solum ex salu
te bonorum sed et ex malorum destructione totus
eius ostenditur. Nam sol quando multum radiat
propterea uisus debiles sepius perturbat. Greg. ni
cenus. Accende autem distinctionis exquisitam pla
cationem. Preparatio quippe salutis dei coram omnibus propo
sita casus et subleuatio plurium. Diuinum enim pro
positum est salus et deificatio singulorum. Casus autem
et subleuatio consistat in plurium intentione cre
dentium et non credentium. Secundum exemplum
adducit apostolus 2 Cor. 2. Christi bonus odor su
mus. et hiis qui pereunt et hiis qui salui sunt.
Aliis quidem odor uite in uitam. tali odore
moriebatur iudas qui ait Jo. 12. Quare hoc
unguentum non uendidit etc. Et glossa interlinea
ris. Ille moritur bono odore ex quo alii uiu
unt. Tales sunt similes bufoni et scrpu
tibus qui odorem uinee ferre non possunt. ¶ Ter
cium exemplum adducit Gregorius dicens. Celestis medicus
egros non respicit quos de medicamento de
teriores fieri uidet. De talibus dicitur Jer. 51.
Curauimus babilonem et non est curata. derelin
quimus eam. Principaliter quia iuxta textus de ruina
et resurrectione iudeorum et hinc addit. multorum
in israel. Origenes. qui autem curiosius interpres
dicat eum nequaquam cadere autem qui non steterit.
Da mihi ergo. qui fuit ille qui stetit in cuius ru
inam saluator aduenit. Judei autem ante ad
uentum quodammodo steterunt qui dei legem et fi
dem hii principaliter seruerunt. Greg. Ecce enim
dicit. positus est hic in ruinam etc. per hoc designat
ruinam ad infima quasi sic puniendus. Qui a
incarnationis misterium et postquam data dispensatione et
predicatione et maxime hii qui sunt ex israel uite e
rat et pristinis bonis carere et penas luere
grauiores quam omnis alie gentes. Et quod dudum prophe
tatum in eis et adoratum et eis productum mini
me susceperunt. Immo eis spiritualem minatur ru
inam non solum a spirituali salute sed et per destruc
tionem urbis et hitanciam captiuitate. Resurrectio
vero promittitur credentibus primum quidem velud sub le
ge iacentibus et ab eius seruitute liberandis.
Partim vero uelut consepultis christo et cum eo re
surgentibus. ¶ Item positus fuit christus in ruinam
victorum. ysa. 19. Ecce dominus ascendet super nubem
leuem id est carnem a peccato immunem et ingre
dietur egiptum id est mundum et commouen
tur simulacra egipti id est uicia ab hominibus amo
uebuntur et resurrectionem uirtutum. ysa. 4. Apprehendent
septem mulieres uirum unum id est septem uirtutes.
Isti et exposicioni concordat Origenes dicens Vi
dendum est ne saluator non aliis atque aliis in ru
inam uenit et in reuerum. quia cum peccato staba pro
in uoluntas fuit ut caderem et peccato morerer.
Denique et sancti prophete qui aliquid augustius contempla
bantur cadebant in faciem suam. ut peccata per rui
nam leuius purgarentur. Hoc primum et saluator
tibi primum concedit. peccator eras cadit in te
primum ut possis dehinc resurgere et dicere. Si com
mortui sumus et conuiuemus. Crisostomus. Resurrectio
quidem est conuersio noua. Cum enim lacivus cas
tus efficitur auarus misericors. atque christo mansu
etus. resurrectio celebratur. Mortuo quidem peccato resurgen
te vero iusticia positus est hic in ruinam ueteris hominis
et renouacionem noui. 1 Reg. 2. Dominus mortificat et viui
ficat. ¶ Hic nouit quidam quod idem sit auc
tor ueteris testamenti et noui. Unde Gregorius hiis verbis

Jan.
Quomodo uiri et uxores se debent honorare.
Greg.
Greg.
Orig.
Jan. ¶ D.
Criso.
Aug.
Criso.

intel p concordia intellcu ad dca ꝓphica co
nu ꝫ eunde diu ꝫ legis latore ꝫ i ꝓphis ꝫ i
nouo testo locutum fuisse. lapidem naqꝫ cu
me ꝫ petram scandali futuru ne confundat
credentes i eu sermo ꝓphitus declarauit. O
rigenes. Est aut colterius q intelligend adu
sus eos qui conditore latrant dicentes Ec
ce ds legis ꝫ ꝓphar q̄lis sit. Ego inqd occi
da ꝫ ego uiuificabo. si ꝓpea truculetus ꝫ crudel
est conditor. manifestatum e ꝫ ihm ee ipius fi
liu. Eadem quippe de eo hic scripta sunt q̄ ve
niat i ruina ꝫ resurrem multorum. ¶ Iste posit
e i ruina demonu ꝫ resurrem .i. ruine repa
coni angelorum filius dei qui de celo lucifer deie
cit. luc. 10. Videbam sathana sicut fulgur de ce
lo cadente. filius homo deiecit eum de principa
tu huius mundi. Jo. 12. Princeps h. mundi
eiiciet foras. Col. 2. Expolians principatus
ꝫ ptates traduxit confidenter pala triuphas
illos i semetipo. ¶ Hic itaqꝫ sicut d. s. phari
q ille q est saluator i ruinam eis est filius p
dicois. ¶ Cumqꝫ ei gena hoim iniquo conte
tur posse dici filii pdicois. Primo qui salubribꝫ
ad sua dampnaco utuntur documentis. de qbꝫ
ꝫ p tria exe positum est. qualis ꝫ fuit iudas
ut s. dcu est. De quo ꝫ Jo. A dr. Nemo ex eis
periit n filius pdicois ut scriptura impleatur.
Quis g locus emendacoi relinquitur qu illd
hoiem destruit. qd eum debuit potissie eme
dare. In ps. Destruxisti eu ab emundacoe.
Secundi sunt supbi. Greg. Euidentissimu
signu reproborum e supbia. humilitas elcorum. Sup
bus hic gaudiu ventuosa plenitudinem ꝑ qui
oem escam abhominata e aia eorum ꝫ appropin
quaverunt usqꝫ ad portas mortis. Et 2. thes. 2.
nisi venerit discessio primum ꝫ reuelatus fuerit
ho pcti filius pdicois qui extollitur sup omne qd
dr ds. ¶ Tercii sunt immisericordes qui no ti
ment pauperibꝫ iniuriari. Vn 2. Reg. 12. dr
i illo qui ouiculam paupis rapuerat. Viuit
dns qꝫ filius mortis est. ¶ Quarti sunt q p ob
stinacoe obdurati. 3. Cor. Durum male hebit
i nouissio. Et qui amat piculu pibit i il
lo. ¶ Quinti sunt q hnt tpalia ꝫ nimiu ea
diligunt. mt 19. Amen dico vob qꝫ diues
difficile intrabit i regnu celorum. Ber. Vti
nam tua congregata pireut ꝫ no congregator
eorum. Tollerabilis est insudari labori pito
q periture. Primissis g p positus e i ru
inam ꝫ in signu cui co dicetur. hoc nuntiu
expo s doctores. p quo sciend q signu tripr
accipit. Quiqꝫ ei signu accipit p significacoe
s. q circulus dr signu vini .i. significa vena
litatis vini. Quiqꝫ p miraculo ut act. 6.
dr de stepho q faciebat sig ꝫ pdigia multa.
Quiqꝫ p vexillo qd portatur i bello. ad disc
nendum ptis cuius milites ab alia. Scdm
prima accepcoe glo Bede m. i i sigt euangeliu
Doctrina ei euangelica est significacio de
q i ps. Dedisti metuentibꝫ te significacoe ut
fugiant a facie arcus .i. iure dei. Sꝫ certe
hnt sig s. euang codicatur a multis. Ori
genes. omibꝫ aut qui de xpo narrat hist contr
dr. Non q contradicunt hii qui credunt i eu
Nos quippe inqud scimus oia va esse q scrip
ta sunt. Signu sunt e contradicte s. sodaꝫ ac
ceptorum oia q de xpo narrant sunt signu .i. mi
raculu s. q natus fuit de virgine q surrexit
q ianuis clausis intrauit ad discipulos. cu
sig contradr ab infidelibꝫ. Secund tercia ac
cepcoꝫ s. Basiliu signu contradiccoin accipiens
ꝓprie crux dr. uel fides crucis i scriptura ꝓfe
cit. nigud moyses serpente eneu ꝫ posuit p
sig. Jo. b. de Abbat. villa. Positus e xpc i sig
.i. discrecoin uel caracteru quo sumus insigniti
q a xpo dicimur xpiani ferentes signu crucis i fro
te de quo Eze. 9. Signa thau sup frontes vi
rorum dolencium atqꝫ gemencium ꝫ c. Hoc itaqꝫ
sig sunt illi signati qui dolent p pctis car
nem sua mortificantes. concupiscencias suas ꝫ
vicia crucifigentes. Datus e dns signu e i
signu crucis ut oia trahat ad se hoc significite
forma crucis. Osee 11. Ego q nutricius effra
im. portabam eos i brachiis meis ꝫ nescie
runt q curarem eos. In funiculis ade traham
eos i vinculis caritatis. Sup quo postill
Vt dns ondat quem g nos hit i diuisis
locis sacre scripture se diuisis rebꝫ compat.
modo ei se matri comparat. ysa. 66. Quo
m sic mater blanditur filios ita ego co(n)so
labor vos. m se compat nutricio l nutri
ci qꝫ ut ait Aug. sup Jo. Sicut nutrix isti
git linguam ut se contemperet balbucienti
puero. sic xpc descendit infirmitati nre ut co
temperet se nobis. primo sicut nutrix puua
re allicit puerum ad se amplexandu. sic
xpc puula re s. temporalibꝫ allicit nos ad sui
amore. Et ꝑ hoc ait ꝓpha i noie xpi. Ego
q nutricius effrayim portabam eos i bra
chiis meis i cruce extensis. s. Ibi ei ondit
dns brachia sua ad amplexand nos ꝫ
portand. Et sicut nutrix ad alliciendu puerum
plene extendit brachia sua qntu pt ui
tu puula ꝫ modica extensione eu posset
collige ꝫ amplecti. sic dns i cruce. sicut for
ma crucifixi ondit brachia sua ad nos a
mala retrahendos ꝫ amplectendos quantu
qꝫ potuit extendit. ꝫ tu nescierunt .i. nesci
re voluerunt q curare eos i passione mea.
In funiculis ade traham i vinculis caritatis.
¶ Duobꝫ modis pappue nos ds s. comina
do ꝫ pmittendo. Cominando dum psente i
mittit ꝫ eciam cominat. Et qꝫ omis pe
litas ex adm e contracta ꝑ istum mod traher
di dicit i funiculis ade. Pmittendo nos tra
hit cum largit temporalia ꝫ pmittit eterna.
Et qꝫ ex sola dei benignitate e. io dicit in
vinculis caritatis. Vel sic duo sunt q pu
pue retrahunt hoiem a pcto. s. meo mor
tis ꝓprie ꝫ passionis dni. ce. quis ei est q
consideracoe ꝓprio fine peccare audeat. Ecc.
A. In omibꝫ opibꝫ tuis memorare nouissia
tua ꝫ ineternum no peccabis. Et qꝫ finis
i quantum penalis e ꝫ eius principia p adm
sunt contracta dicit i funiculis ade. Item qs e
qui peccare audeat hita i meo passione do
Nonne aplis i vnum congregatis n foris es
sent clause ꝑ metu iudeorum dns apparuit
ꝫ ondit eis manus ꝫ pedes. Si g sis i vni
tate congregatus ꝫ fores liberi arbitri tui
sint clause ꝑ metu iudeorum i exiorum temp
tacoin dns stabit i medio tui ꝫ ondit t ma
nus ꝫ pedes ꝫ reducet ad memoria passi
one sua. Et qꝫ hoc facit ex sola caritate
q dilexit nos. dr i vinculis carit. Conside
ra itaqꝫ vulnera xpi ꝫ passione ꝫ hebis vi

Orig. · Greg · Pis. · filij pdi tois · Orig · Greg · Ber. · Aug · Orig · Cris · Orig · Basilius · Abb. will · Sig thau · Postill · Aug

tula quib; ad deum trahis. Tercio exp[ri]sit. Si quis esset potens et benignus et videns eum tam ulceroso leproso et eius ulcera sua manu tractantem et foventem, nonne ex collatione leprosi et nobilitatis et benignitatis illius potentis maior et appareret eius benignitas. Sic ex collatione miserie hominis et benignitatis quam nobis in sua passione exhibuit, magis erga nos apparebat benignitas Christi. Unde de hac fca collatione ps cum gaudio et admiratione exclamat. Quid est homo quod memores eius aut filius hominis quia visitas eum. Quid est, i. quam vilis est et abiecta res homo quem per Christum visitas quod mirum est quod per tam altum visitas tam vilem et hoc in similitudine dicit i. consolatione proprie infirmitatis et incolatus huius miserie et in cumulis caritatis hoc est collatione passionis mee eius positus in ara crucis traham eos ad me. Ex quib; patet quod crux Christi est signum discretivum et attractivum. Hinc signo contradicunt qui signavit caractere diaboli de quo Apo. 13. Si quis adoravit bestiam et accepit caractem eius in fronte sua aut in manu sua hic bibet de vino ire dei et cruciabitur igne et sulphure. Bestia diabolus est. Hunc adorat qui se eius subiat servituti. Caracter diaboli peccatum est. Caracter in manu est peccatum in opere. Caracter in fronte est peccatum in manifestatione. Qui tale caracterem habent in fronte et in manu prius iehenne inebriabitur et cruciabitur. Ite positus est Christus in signum serenitatis divine iustitie quod deus pater potius voluit quod contingeret suus penam pro humano genere solveret quam ut ipse eam remitteret. Ber. Qui non pepercit filio suo pro et figmento peccati servo nequam. Luc. 23. Si in viridi ligno hec faciunt in arido quid fiet. i. si in humanitate Christi que gratiarum habundantia virebat sic exarsit divine serenitatis flamma et socius esset Christus et particeps pene dicitur sicut erat socius et nature quo in hiis qui sunt aridi, i. sine virore virtutum ignis divine animadversionis exardesceret. Ite positus est Christus in signum quod per calicem pervenitur ad maiestatem. Nec erat servus maior est domino suo. In signum cuius hic datus est Christus datus quod si commoriamur et coggaudemus. Cui signo contradicitur a delicatis qui hic volunt gaudere cum seculo et in futuro regnare cum deo. Unde hic notandum est secundum postillam quod cum multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis novissime locutus est nobis in filio. Hebr. 1. docens per eum verbo et exemplo bona transitoria et divitias delicias et honores non esse vera bona nec esse amanda. Molestias vero corporis paupertatem et contemptum temporalium non esse vera mala nec esse timenda. Aug. super illud. Hebr. 12. Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem etc. Omnia terrena gaudia contempsit homo Christus ut contempnenda monstraret et omnia terrena mala sustinuit que sustinenda precipiebat ut nec in illis quereretur felicitas nec in istis timeretur abusitas etc. In sermone. Christus qui non fallitur elegit quod carni molestius est illud utilius illud magis eligendum. Et quisquis aliud doceat vel suadeat tamquam a seductore est cavendum. Datum est pastoribus ab angelo. Luc. 2. Hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum et positum in presepio. Quod dicit infantem pertinet ad molestiam sive

luctum. Primum cum a planctu incipit. Sap. 7. Primam vocem emisi omnibus similem plorans. Quod dicit pannis involutum pertinet ad paupertatem. Quod dicit positum in presepio ad vilitatem sive humilitatem. Huic signo a multis hodie contradicitur. Ber. in sermone. In signum positi sunt panni tui domine Ihesu. Sed et a multis hodie contradicitur. Multi quippe vocati sed pauci electi. Et ideo non signati primo signo contradicunt voluptuosi. Eccl. 21. Audivit luxuriosus et displicebit ei. Secundo signo avari. Matth. 19. Cum audisset adolescens verba hec abiit tristis. Erat enim multas habens possessiones. Tercio signo contradicunt superbi. Eccl. 13. Sicut abhominatio est superbo humilitas sic execratio divitis paupertas. Et nota idem pertinent ad premissa quod spirituale signum Christi amoris est passionis Christi imitatio. Exo. 12. Erit vobis sanguis iste in signum. Et eiusdem 13. Erat quasi signum in manu tua et quasi monimentum ante oculos tuos. Et Josue 2. Raab appendit coccineum funiculum in fenestra sua et salvata est. Secundum hodie inquit multa sunt signa. Unde ps. Posuerunt signa sua signa et non cognoverunt. Item turbabuntur qui habitant terminos a signis tuis. Januensis et secundum premisso textu. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur notabiliter describit. In deo duo sunt s. iustitia et misericordia. Unde in ps. Duo hec audivi quia potestas dei et tibi domine misericordia. In omnibus cum primis est magis malitia quia nec iustitiam formidant nec misericordiam dei desiderant. In verbis ergo premissis primo iustitiam dicit. Ecce positus est hic in ruinam. Secundo commendat dei misericordiam dicit. Et in resurrectionem multorum. Tercio ostenditur hominis malitia cum subdit. In signum cui contradicetur. Sic primum notandum quod iustum est quod mali homines ruant triplici de causa. Primo quia nimis se onerant onere divitiarum peccatorum et turbationum. Quod enim divitie onerant et aggravant dicit Abachuc 2. Ve qui congregat non sua usquequo aggravat contra se densum lutum. Quod peccata onerant patet ex illo ps. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum et sicut onus grave gravate sunt super me. Quod turbationes et ire maiores sunt graves patet Prov. 27. Grave est saxum et onerosa arena sed ira stulti utroque gravior. Istud triplex onus deponendum esse monet apostolus. Hebr. 12. Deponentes omne pondus quo ad primum circumstans nos peccatum quo ad secundum et per patientiam curramus quo ad tertium. Secundo iustum est ut ruant quia debilibus se appodiant. Appodiant enim se mundo appodiant se rei flexibili quia et ipse mundus assimulatur fluvio 2 Reg. 14. Omnes morimur et quasi aqua dilabimur que non revertitur. Appodiant et se rei debili que assimulatur arundineo baculo. Ysa. 36. Ecce confidis in baculo arundineo etc. Appodiant et se rei parate ad casum quod assimulatur parieti inclinato. In ps. Tamquam parieti inclinato et macerie depulse. Qui vero appodiant se deo cadere non possunt quia appodiant se petre firmissime contra flexibilitatem. In ps. Petra refugium herinaciis. Appodiant et se turri firmissime contra debilitatem. Prov. 18. Turris firmissima nomen domini. Appodiant et se monti immobili contra casus varietatem. In ps. Qui confidunt in domino sicut mons Syon non commovebitur in eternum. Tercio iustum est ut ruant mali quia per viam tenebrosam ambulant. In ps. Fiat via illorum tenebre et lubricum et angelus do[mini]

persequens eos. Non quidem est mirum si tales corruunt, quia interius habent cecitatem cordis. Ideo dicitur: Efficiantur vie illorum tenebre. Et psalmo: Dic impiorum tenebre. Vesperascunt quia corruunt; exterius habent carnem lubricam, quod ideo subditur: Et lubricum tenebrorum. Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. Et Jer. 30: Demisse in ceno et lubrico pedes tuos. Tercio habent impulsum temptacionis; ideo subditur: Angelus domini persequens eos. Istum impulsum habent viri sancti, sed dominus defendit eos. Unde in psalmo: Impulsus eversus sum ut caderem, et dominus suscepit me. ¶ Secundo commendatur dei misericordia cum dicitur: Et in resurrectionem multorum. Resurrectio atque dicit casus qui precessit. Ille enim dicitur resurgere qui prius cecidit. Magna igitur misericordia dei ostenditur quando illum qui in peccatum cecidit resurgere facit, quia homo per se in peccatum ire potest sed non potest per se a peccato redire. Unde in psalmo: Spiritus vadens et non rediens. Sed multi sunt qui in peccato semper volunt dormire, quos apostolus increpat dicens: Surge qui dormis et illuminabit te Christus. Eph. 4. Alii sunt semper affectantes sedere et a bonis operibus torpere et numquam ambulare et per bona opera exercitare. Jo. 12: Ambulate dum lucem habetis ne tenebre vos comprehendant. Alii sunt qui continue appetunt deliciis vacare. Jer. 31: Usquequo deliciis dissolveris filia vaga. Ista tria genera propheta reprehendit dicens: Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Surgite qui nimis dormistis in peccatis; postquam sedistis vacantes a bonis operibus; et dicit ideo qui manducatis panem doloris vacantes in deliciis in luxuria potu et cibo. Ideo amodo vigilate qui tam diu dormistis. Amodo ambulate qui tam diu sedistis. Amodo ieiunate qui tam diu manducastis. Et dicitur delicie carnales vertentur in futurum dolorem et amaritudinem convertentur. Job 20: Panis eius in utero eius convertetur in fel aspidis. ¶ Tercio secundum Januensem hominum maliciam ostendit cum dicitur: Et in signum cui contradicetur. Ubi duo videnda sunt secundum ipsum: primo quod est signum; secundo qualiter ei contradicatur. Istud autem signum est Christus de quo Ysa. 13: Super montem caliginosum levate signum. Mons caliginosus est mundus qui errore erat excecatus dum prospera mundi velut vera bona appetebat. Et super istum montem caliginosum levatum est signum in quo inquit tria sunt scripta et depicta scilicet humilitas paupertas et asperitas, de quo signo dicitur Luc. 2: Hoc vobis signum etc. Et applicat in suam sicut prius, sicut contradicentes huic signo secundum Gregorium. ¶ Secundo sic exponitur predictus textus: Positus est in signum federis et reconsiliacionis inter deum et hominem. Ysa. 7: Propter hoc dabit dominus deus ipse vobis signum reconsiliacionis. Ecce virgo concipiet et pariet filium etc. Cui signo contradicitur primo a iudeis, deinde a gentibus vel paganis, postea ab hereticis. Hii omnes contradicunt predicto signo non credentes Christum mediatorem dei et hominum. Omnes enim pravi christiani contradicunt ei in moribus, ut ex premissis; dum confitentur se nosse deum factis autem negant. Gregorius vincitur in: Hec superiora de filio dicuntur, spectant tamen ad eius genitricem dum singula sibi assumit sibi presentata; nec tamen prospera denunciat ei Symeon sed dolorosa addens: Et

tuam ipsius animam pertransibit gladius. Istud autem potest multipliciter exponi. Primo modo de Christo sic: Et gladius id est verborum contumelia, illud psalmi: Lingua eorum gladius acutus. Vel gladius id est passio pertransibit animam eius scilicet Christi tuam, id est quam reputas et diligis ut tuam. Alio modo secundum Bedam episcopum de beata virgine: Gladius id est dolor dominice passionis pertransibit tuam ipsius, id est tuam ipsius animam. Non enim potuit videre filium crucifixum sine affectu doloris materni. Orig.: Nulla docet historia beatam Mariam ex hac vita gladii occisione migrasse, presertim cum non anima sed corpus ferro soleat interfici. Unde restat intelligi gladium illum de quo dicitur: Gladius in labiis eorum. Hoc est dolorem dominice passionis animam eius pertransisse, que etsi Christum dei filium sponte propria mori sed mortem propria non dubitaret esse victurum, ex sua tamen carne procreatum non sine doloris affectu potuit videre crucifigi. Vel sic: Gladius id est dolor passionis dominice pertransibit animam tuam que ipsius est. Ipse enim est qui dicit: Omnes anime mee sunt. Ezech. 18. Vel potius: Gladius sermonis ipsius pertransibit animam tuam. Aug. de questionibus veteris et nove legis dicit quod per hoc significavit quod et Maria per quam gestum est incarnacionis misterium in morte domini stupore quodam dubitavit videns filium dei sic humiliatum ut usque ad mortem descenderet. Et sicut gladius pertransiens iuxta hominem timorem facit et non percutit, ita et dubitacio mesticiam facit non occidit, quia non sedit in animo sed quasi pertransiit quasi per umbram. Sed Ambros. quod ille gladius qui Marie animam pertransiit fuit gladius divini sermonis de quo ad Hebr. 4: Vivus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti etc. Istum gladium profunde immersum Maria habuit quia dei misteria profundius ceteris penetravit et verba dei in corde suo dulciter posuit. Luc. 2: Maria autem conservabat omnia verba hec conferens in corde suo. ¶ Secundum Ber. gladius iste fuit gladius amoris, qui sicut cant. dicit sermone: quia est sagitta electa amor Christi qui animam Marie non tamen transivit sed pertransivit, ut nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret. In verbis autem istis simul et precedentibus notat Januensis tria de Maria, scilicet titulum magni honoris, affectum magni amoris et gladium magni doloris. Primo ponit titulum magni honoris in hoc quod mater Christi nominatur. Simeon enim dixit. Dixit ad Mariam matrem eius. ¶ Magnus enim honor est eundem habere filium cum deo. Magnus enim honor est matrem esse illius in terris cuius deus pater est in celis. Ipse itaque filius eius tamquam matrem clarissimam eam honoravit in nativitate quia salva virginitate sua nasci voluit, quod nulli alii umquam fuit concessum. Unde de ea dicitur: Sicut sidus radium profert virgo filium. In vita sua quia obediens sibi Luc. 2: Erat subditus illis. Et in morte sua quia eam Johanni sollicite recommendavit. Jo. 19. Et post resurrectionem suam quia primo sibi apparuit ut dicit Sedulius: Semper virgo manens hiis se visibus astans luce palam dominus prius optulit. Et post ascensionem quia in eterna gloria eam super choros angelorum exaltavit. Secundo exprimit expresse virginis affectus magni a

Jan.

moris. Dicitur: tuam ipsius animam etc. Unde dicit Januensis quod de sola anima beate marie virginis dicit pertransibit quod sit filii et econverso. quia nunquam fuerunt inquid due anime tam singulari amore connexe. Erat enim anima virginis anime filii sic per amorem unita quod tota in amore filii erat conversa. Sicut enim ferrum missum in igne totum quasi ignis efficitur sic anima marie tota caritate succensa tota facta est caritas et ideo erat liquefacta. Sicut enim aurum ad calorem ignis totum liquescit. sic eius anima igne divini amoris inflammata. tota erat liquefacta. Cant. 4. Anima mea liquefacta est. Et ideo erat languida. Amor spiritualis facit eam languidam et infirmam in amando terrena. sed fortem et robustam in amando celestia. 2. Cor. 12. Cum enim infirmior tunc fortior sum. Et quia anima virginis ideo ab amore virginis defecerat et dei amore plena erat. ideo se languidam dicebat. Cant. 4. Nunciate dilecto meo quia amore langueo.

W. *I.*

¶ Tercio ex parte virginis ponitur gladius magni doloris cum dicitur pertransibit gladius. In hoc quod dicitur gladius ostenditur quod fuit dolor magnus. In hoc quod dicitur animam ostenditur quod dolor fuit intimus. In hoc quod dicitur pertransibit ostenditur quod fuit transitorius. quia in gaudium est conversus. Unde in ps. Ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum leticia. Et quia amittitur sine dolore quod cum amore est possessum. Videamus quantus sit amor matris ad filium ut consequenter concludamus quantus est fuit dolor.

3 substancie in christo.

Pro quo sciendum quod in christo fuit triplex substantia. scilicet caro anima et deitas. Erat inter matrem et filium triplex coniunctio. scilicet carnis ad carnem secundum naturam et anime ad animam secundum amiciciam. et spiritus ad deitatem secundum graciam. Amabat ergo virgo maria christum amore nature tanquam filium suum amore amicicie tanquam animam suam et amore gracie tanquam creatorem suum. Dissecabat ergo caro virginis videns carnem christi tam crudeliter laceratam. Vulnerabat eius anima videns animam tam graviter contristatam. lacerabatur eius spiritus videns deitatem tam ignominiose despici. Et ex istis patet quod magis fuit martirium beate virginis quam aliorum sanctorum. primo quia fuit martirium amoris. aliorum fidei. maior est caritas quam fides. 1 Cor. 13. Secundo alii passi sunt corpore ista in corde. Tercio alii instrumentis aliis quam christus ista cum christo eodem gladio. et in ipso eodem ictu quo et christus.

Martirium beate virginis.

Sed est quarto nondum secundum postillam quod ipsa mentis dolore non dimisit christum antequam ascenderet. nec antequam opus nostre redempcionis esset consummatum de ea descendit. Ex ergo eius nec tu dimittas antequam ascendere nec de ea ante mortem descendas per quoniam. Jeronimus in epistola. Licet parvulus ex collo pendeat. licet nepos sparso crine et scissis vestibus. licet ubera quibus te nutrierat mater ostendat. licet in limine pater iaceat. per calcatum perge patrem siccis oculis ad vexillum crucis evola. solum pietatis in hac re esse crudelem. Quamdiu gladius tuus hostis ut perimat et ego de meis lacrimis cogitabo

Postill.

Jero. Nepo.

¶ Sequitur. Ut revelentur ex multis cordibus cogitaciones. Quasi dicat. Ita positus est christus in ruinam et in resurrectionem ut revelentur ex multis cordibus cogitaciones que prius occultabantur. Ante nativitatem enim christi ignotum erat qui iudeorum graciam christi reciperent et qui non. sed audita christi nativitate revelate sunt cogitaciones. Herodes vero et alii multi turbati sunt. Alii ad presepe magistrum accesserunt. Gregorius nazarenus. Nec maria sola pro passione occupari significatur cum subdit. Ut revelentur ex multis cordibus etc. Ad dicit quod eventum designet non causaliter. patet. his enim omnibus evenientibus secuta est gracia multarum cogitacionum detectio. Quidam enim deum fatebantur in cruce. alii nec sic ab infamiis et criminacionibus desistebant. Beda. Usque ad consummacionem seculi presentis ecclesie animam pertransire gladius durissime tribulacionis non cessat. Quam signo fidei contradici ab improbis cum audito dei verbo multos cum christo resurgere sed plures ab incredulitate ruere gemibunda pertractat cum revelatis multorum cordium cogitacionibus ubi optimum evangelii seminat semen. ibi zizanie viciorum vel valere vel germinare conspicit. Vel secundum Augustinum cogitaciones male in hominibus erant que propterea revelate sunt ut occideret eas ille qui pro nobis mortuus est. Quamdiu enim abscondite erant impossibile erat eas penitus interfici. Unde et nos si peccavimus debemus dicere. Iniquitatem meam non abscondi. Si enim revelavimus peccata nostra non solum deo sed et his qui possunt mederi confluentibus nostris delebuntur peccata nostra. Item cogitaciones peccatorum antiquorum que latebant in ceremoniis per christum manifestabantur. Item cogitaciones omnium generaliter in iudicio. 1. Cor. 4. Veniet dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit se ad omnes gentes.

¶ Hic autem iterum notandum secundum insuperius tractato. Et dixit Simeon secundum Januensem quod senes in simeone informantur de quo nunc dicitur quod erat timoratus. Illi enim qui in toto vita sua fideliter deo servierunt possunt de deo multipliciter confidere. Qui enim tamen in senectute solent plus sepius timere. In veteri enim lege precipitur deus quod si forte debeat aliquod animal immolari caput corpus et cauda [illegible] essent immolanda. Caput in homine est ipsa prima etas scilicet adolescentia sive iuventus. Cauda est ipsa senectus sive ipsum senium. Corpus autem etas media inter has. Qui ergo dant adolescenciam et senectam et senium isti deo offerunt caput corpus et caudam. Qui vero non dant adolescenciam sed senectam et senium isti caput auferentes corpus et caudam deo offerunt. Qui senium tantum deo consecrant caudam hostie tantum immolant. qui tamen sine spe salutis esse non possunt. quibus timor iniquitatis committitur.

¶ Sequitur. Et erat anna prophetissa etc. Audito prophetico testimonio simeonis de christo hic subdit propheticum testimonium anne. Sciens christus multos habiturus contradictores habere voluit multos testes. Ambrosius. Prophetaverat simeon. prophetaverat copulata coniugio prophetaverat virgo. ¶ Debuit et vidua prophetare ne aliqua professio deesset aut sexus. Et ideo dicitur. Erat anna etc. Beda. Non solum angeli sed omnis etas et sexus testimonium reddidit nato puero ¶ Et sic ab omnibus secularibus presagiebatur ita venturus ab omni seculorum laude predicatur in exultacione Iohannes adhuc in utero modo prophetia elizabeth. in cantico

zacharie iii ab angelis iiii a pastorib⁹. v
a magis. modo a symeone. Hic aũt a scã
muliere s. anna ut aũt credibilius esset ei⁹
testimoniũ eius consõ. ibi. & hec ipa hora sup
ueniens. Ad commendacõez ẽo anne tã int
ducit̃ p̃ p̃rogatiua gr̃e gratis date. q̃r p
p̃hissa. Secundo dignitas nature. q̃r filia
phanuel. Tercio sc̃itas conu'sacõis. q̃r uix
at cũ uiro suo. &c. Dicat g° ita. erat simeo
on i ierl'm q̃r pphauit de xp̃o que dc̃a sunt.
Et & Anna erat s. i ierl'm i templo. Anna
dico pphissa. Sap. 7. In animas sc̃as se trãs
fert amicos dei & pphas constituit. hec &
scã erat ut patebit p̃ea. Cui & consonat no
men eius. Anna ei intp̃retat̃ gr̃a s. glo.
filia phanuel. Theophilus memorat euãge
lista ẽi anne descripcõez & p̃rem & tribum e
narrans testes q̃i multos adducens q̃ pa
trẽ & tribum nouerunt. Greg. nicen⁹. Vel q̃r
ẽo tp̃is cũ hac alie quedam eode nõie nun
cupabant̃. Vt g° ẽi eam manifã discrecio
fieret p̃rem g° eius commemorat dicens. fi
lia phanuel & gn̄is q̃litate tum addit. Ex
tribu aser suple descendens. qui nũq̃ asser int
12 patriarchas fuit octauus. p̃p misteriũ r̃ruis
dicit Beda. Resurr° ei g̃ualis erit i octaua
etate sicut xp̃i facta est i octaua die. Cu h° g' q̃
fuit de tribu aser qui fuit patriarcha commenda
tur a gñis nobilitate. Jero⁹. Hoc soliũ uideo
i gñis nobilitate bonũ & appetit q̃i quadã
nc̃ite astringitur ne a maiori nobilitate de
generet. & hec i quã p̃fesserat i dieb3 suis. &
io magis uenerabilis p̃. Leuit. 19. honora p̃
sonã senis. Et & magis fidedigna p̃p sapie
ciã q̃ uigebat i ea. Job 12. In antiquis ẽ
sapia. Vixat cum uiro suo. ubi comendat
a p̃fcõe uite commendate. Et p̃ i p̃bacõe
i uita actiua. Secundo i contemplatiua. Et que
nõ discedebat. q̃ntum ad actiuam fuit p̃bata
i statu tripl'ci p̃ i statu coniugali q̃r uixat cũ
uiro suo. Secundo i statu uirginali. q̃r a uir
ginitate sua. Tercio i statu uiduali q̃r ui
dua erat. Greg. Vixat cũ uiro suo annis
septe s. continenter qd magnũ donũ dei est.
s. illud sap. 8. Sciui qm̃ alit° nõ possũ esse
continens ñ ds det. Vel sic. Vixat septe an
nis cũ uiro suo. s3 nõ diuidendo carne sua
ab alio. Gen. 2. Erunt duo i carne una.
Et hoc septem annis a uirginitate sua i.
a tp̃e amisse uirginitatis sue. Et hec s. an
na uidua erat usq3 ad annos 84. Beda.
Iux intellcm̃ misticum anna sig̃t ecclãm q̃ i
p̃nti dm̃ sui sponsi morte uiduata ẽ. s̃m
¶ Sequit. Magnam. Fuit a hec cena magna 5 modis. viz refectoe figuraz antiquitate & diusitate figure & rei comunicatoe institutore caritate credencium fide efficacia & virtute. p° fuit mag refectoe. qz 5 vez. 4 panes pposuit i hac cena quibz reficeret discipulos suos. Primu9 panis est diuine vocacio voluntatis qm p q° bone opacois pposuit. de q° dicitur. Jo. 4. Meus cibus e &c. 2us est sermo diuine cohortacois. de hoc pane scriptu e Mt. 4°. Non in solo pane viuit homo. &c. 3us est consolo diuine pmissionis de sua vidoe & glificacoe & de spc sci missione. 4tus est p eis virtus oronis. Jo. 17. Ego p eis rogo non p mundo &c ps. Pz serua eos &c. 4tus panis e caro xi que supi9 cena dr. ¶ 2°. Hec cena mag fuit figuraz antiquitate & diusitate figurata ei fuit i pa hostia qm optulit melchisedech. figurata e fuit p manna data i deserto. Exo. 16. & p cor 10. Oms eundem cibu spualem &c. De manna a le qd fuit albu qd ptiz ad ei9 mundiciaz & innocenc puritate pilo tusum qd sigt eius paciam. ysa. 4°. Attritus e pp scelera nra. & gustus ei9 qi simile tu melle qd ptinet ad pacientis mansuetudie q ita mansuet9 erat ut oraret p psecutoribz & crucifixoribz. luc 23. Pz ignosce illis q nesciunt quid faciunt.

p qd sigtur q i ipo co mentana vicioz hz spualis refrigerij tempies. co culpa & co penam p carnem xi veram qm corp9 xi digne sumptum fomitem debilitat puos mot9 elidat & qm cumqz temptacoz. Vt ne possimus dre. Transiuim9 p ignem & aqm & eduxisti nos i refrigerium. Et no q de illo dixerunt filij isrl. Manhu i. quid e hoc. que qo tunc plene soluta fuit eis. qmus drct moyses. Iste e panis quem dedit vob dns ad vescendu. Et qz adhuc restabat du qrend p figurato. Vz hanc qoni soluit mt 26. dicens. Hoc e corpus meu. Fuit & figurata i agno paschali spia. Item i vitulo tenerimo quem de gge abrahm sumpsit. Gen 18. Iste pz celestis occidit p filio pdigo vitulum saginatu. luc 15. Et i alijs figuris veteris testi valde multis. ¶ 3° fuit magna rei & figure comunicatoe. hic ei ordo fuit p° psessit sola figura sine re ut i oblaoe melchisedech & i omibz legalibz sacris. 2° successit figura cu re figurata est ei forma panis & vini. Res q latet sb illis formis e caro xi & sanguis & res q subintellit vnitas corpis xi mistici. & 3° finalr succedit res sine figura qm que nunc videm9 p speculum videbim9 facie ad faciem. ¶ 4°. fuit mag instituentis caritate. Inestimabil caritatis pignus fuit institul h9 sacri i q° sp pt ee nobiscum psens i carne velata i qm i celo pri assistit p nobis. de quo intell pt illud mt vlti. Vobiscum su usqz ad cosumacoz sch. ¶ 5° mag est hec cena credenciu fide q no e maioz cibus est mo° illa Aug. Cibus sum grandiu cresce & manducabis me. qui ei manducant xpm manducant a xpo & ei incorpat. ¶ 6° mag fuit i virtute q ad recipiaz qz filius dei i vera carne qui e i celo cu pre statim finitis verbis sacre psens e i altari. Iste mag i virtute q ad sumentes. ¶ Vn pns declarans quam obla corpis xi dr missa notabilr hic ita scribit. Missa e illi9 fragrantissimu sacrifij obla° cui9 suauitatis odore mundus deo reconsiliatus est & totus eius fetor obstersus. est sacri illi9 celebra° quo totus mundus sanctificatus e atqz sacratus & est epulentissimi illi9 lautissimi qz ac delicosissimi conuiuij restaurd quo angeli splendidissime reficiunr & homines. Et insr e missa nre iure ventila s p deprecacoz & oronem. Est & medito totius corpis xi. hoc e mediae exhibicio. Vere g° ista cena qm fecit homo quidam fuit cena mag. ¶ Cz nond q cu dns paruit nobis cenam magna libenter deuemus ei parare cenam parua. Vnp ei iubet s dns a nob pari s. Torlem que parati i paupe. mt 24. qd vni ex minimis meis fecistis mi fecistis. Et spualem q paratur ei i mente. Apo. 3°. Ecce sto ad hostium & pulso. si quis audierit vocem mea & apuit m ianuaz intrabo ad illu & cenabo cu illo & ille mecu. Stat dns ad hostiu expectando ad pniaz. ysa. 30. Expectat dns ut miseriat. Vri pulsat ad hostiu cordis qd e volutas inspirando pdicando vn sa conferendo vel affligendo. Intrat graciam i fundendo. hostio cordis apto p bonu consensu. Sicut sol intrat domu apta fenestra sic dns

3°.

4°.

4° Augus.

6°.

Pns.

D. cena dnp ei deu9 parare deo.

Mora.

Greg.

Greg.

Pis. De magnitudine huius cene.

Cor glificata

Cor dapnatorum.

Delitie spirituales et corporales.

intrat ad illum et cenat cum illo in fide illius et puri
tate paupertatis opum delectando. Delitie enim dei sunt
esse cum filiis hominum. Pu. 8. Sed cenat homo cum
deo finale refectioni in patria post quam nulla alia
nunc est adquirenda. de qua ut dictum est in
tell' potest hoc quod hic dicitur. Homo quidam fecit
cenam magnam. homo iste fecit cenam magnam
i. preparavit futuram glorie refectionem. Greg. fecit ce
nam quia sacietate nobis dulcedinis interne prepa
vit que cena dicitur propter temporis congruitatem quia post
illam nullum restat convivium. Greg. quod arco
hoc convivium dei non prandium sed cena vocatur
aut notatur quia post prandium cena restat. post ce
nam vero nullum convivium restat. et quia eternum
dei convivium preparabit nobis in extremo tempore rec
tum fuit ut hoc non prandium sed cena vocaretur.
Vel dicitur cena propter ferculorum deliciositatem. In
prandio enim dantur grossiora in cena delica
tiora. Pis. circa magnitudinem huius cene notandum
quod hec cena magna est diuturnitate quia eterna
ysa. 64. Gaudebitis et exultabitis usque in se
piternum. Item magna erit compositate quod ni
chil erit ibi quod non pascat quod refectioni non
deserviat. Vnde non solum in patria sed et in aliis
gloria quilibet delectabit mutua caritate. Item
magna expensis parata est hec cena quia morte christi.
Item tanta est deliciositas huius cene quod sancti qui mo
dicum gustaverant de eius suavitate pro illa mortem
non reputabant. Item magna est quantum ad mi
nistros quia ibi ministrabit filius dei luc. 12. Item spiritus
spiritus sanctus pigmenta sua virtutis preparabit qui
fluvius nectario letificat civitatem dei. Secundo
dicitur hec cena dicitur magna quia magna sunt fercula
que ibi apponuntur magni sunt fructus qui ibi da
tur. ysa. 24 Faciet dominus convivium omnibus populis
in monte hoc convivium pinguium medullatorum
convivium vindemie defecate. Ex quibus verbis
habetur quod que dantur in ista cena sunt pinguia
medullata et defecata. In presenti enim vita subia
cemus multis doloribus et passionibus et multis
timoribus. Sed anima que nunc adiacet dolori
bus tunc implebitur pinguedine i. dulcedine
et suavitate. Corpus autem quod nunc subiacet
passionibus tunc gaudebit de defecatione i. de omi
um malorum ablatione. Corpus nunc est tenebro
sum grossum ponderosum et mortalitati subiec
tum. Sed tunc defecabitur et depurabitur nec remane
bit in corpore aliquod impurum sed claritas sub
tilitas agilitas immortalitas et in infernum preacen
tur feces quia corpora dampnatorum erunt tenebro
sa ut numquam lucem videant erunt grossa et spis
sa ut ignis in eis fortius agat. erunt ponde
rosa ut numquam resurgant sed de pena in penam
cadant. erunt semper in morte et tamen numquam defici
ant. Ex predictis patet quod in hac cena dei magne
non corporales sed spirituales delitie apponuntur. Inter
corporales autem delitias et spirituales secundum Gregorium omelia 36. hec
differentia est quia corporales delitie cum non habentur grave in
se desiderium accendunt. Cum vero habite vel com
te aviditer comedentem protinus in fastidium per sacie
tatem vertunt. At contra spirituales delitie cum non habentur
in fastidio cum vero habentur in desiderio tanto quia am
plius a comedente esuriuntur quanto ab esuriente
amplius comeduntur. In illis appetitus placet
et displicet experientia. In istis appetitus vilis est
et experientia magis placet. In illis appetitus

saturitatem. saturitas fastidium generat. In istis
autem appetitus saturitatem saturitas appetitum pa
rit. Augent enim spirituales delitie appetitum in men
te dum saciant quia quanto magis sapor ear
percipitur amari non potest quia eorum sapor igno
ratur. quis enim amare valeat quod ignorat. pro
inde psalmista nos admonet dicens. Gustate et
videte quoniam suavis est dominus. Ac si aperte dicat.
Suavitatem eius non cognoscitis si hanc mini
me gustatis. hec ille. Has ergo delitias dominus in
sua cena preparavit ad quam et multos invitavit
fecit enim cenam magnam et vocavit multos.
Vocavit ad modum sacrale comedendi per
mam cenam Jo. 6. Si quis manducaverit ex
hoc pane vivet in eternum. Et qui alibi an
sisi manducaveritis carnem filii hominis non habe
tis vitam in vobis. Vocavit ad spiritualem qui
murmurantibus discipulis dixit. Spiritus est
qui vivificat. Vocavit et ad cenam eter
nam percipiendam per virtualis vite contina
tionem. Vocat autem christus quatuor modis. 8. per exterio
ra documenta per collata vera per internam
inspirationem et per flagellorum irrogationem. et ideo dicitur
quater reverterere. Cant. 6. Sicut dicit Gregorius
multi sunt vocati sed pauci veniunt quia non
nunquam ipsi qui ei per fidem et sacrum subiecti
sunt eterno eius convivio male vivendo con
tradicunt et de quibus conqueritur dominus pro. primo dicens.
Vocavi 8. per legem et prophetas et aliorum doctorum
documenta exteriora et reminiscas extendi ma
num meam dando multa vera et non fuit qui as
piceret. Omne consilium quod vobis semper inspira
vi et increpationes meas et flagella que aliis
vobis inflixi neglexistis. Ideo quoque subditur.
Ego inquit in interitu vestro ridebo et vos de
risione dignos per interitum manifestabo.
Pis. cum ad cenam divitum sunius invitati
tria debemus facere que ad cenam magnam corporale
solent facere invitati. primum est a cibo nos ab
stinere qui cene comestionem possit auferre. et hec
est una causa quare sancti in presenti ieiunant
ne in futuro priventur cene novissime de
lectabili comestione et ne contristent invita
torem et expulsi a cenam fieri ab eis requi
rantur. 2o. debemus nos consiliari sepe huius
cene si forte esuriem vel sitim paciamur re
cordantes dicti christi luc. 6. dicentis. beati qui
esuriunt et sitiunt iustitiam. 3o. debemus exponere
se ad pregustare dulcedinis huius cene ne dila
tione cene deficiamus. Et misit servum suum.
hic et notatur divina liberalitas iterata mis
sione itera multiplicatur et ratio quare ad cenam
venire debeant. prima est servi vocantis auctoritas
quia misit servum suum. 2a. temporis oportunitas
quia hora cene. 3a. invitantis liberalitas
quia dicit invitatis. 8. prius. nec tamen venire
renuerant. 4a. ferculorum paratorum diversitas quia
iam parata sunt omnia. et cetera. Dicit Gregorius. et misit.
8. christus sub gloria ordinem predicatorum. Greg.
quis per hunc servum qui a patrefamilias ad
invitandum mittitur nisi predicatorum ordo signatur.
Moraliter servus missus potest dici timor qui a
domino mittitur qui mentem fundit. hic servus
invitat ad cenam i. ad mortificationem quia fi
des ante oculos ponit penas eternas a qui
bus resistit timor et iam non timet per illud eviter

Vide sustinere.

dis sustinere penas temporales. Nunc servus ille intelligitur spes que divina attendit. hora etiam in comparatione eternorum hora presentis requirit quasi nulla. Hunc servum misit dominus hora cene quia hora cene finis est seculi in quo nimirum sumus nos sicut iam dudum apostolus testatur per cor. Nos sumus in quos fines seculi devenerunt. Si ergo illa hora cene iam vocamur tanto minus debemus excusare a convivio dei quanto iam appropinquasse terminus finis seculi. Nam si in aliis etatibus ad cenam homines invitabantur nullus tamen recipiebatur sed omnes ad limbum descendebant. Jo 2o filioli mei novissima hora est. Quia parata sunt omnia. Greg. omnia parata sunt quia immolato pro nobis agno regni celestis. Parata nobis sunt omnia. Paratus est locus Jo 14 vado parare vobis locum. Parate sunt mense luc 22 ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Paratus est panis sap 16. Parata sunt fercula ... tauri mei et altilia mea occisa sunt. Paratum est vinum cant 5 bibite et inebriamini. Parati sunt angeli hebr 1o omnes sunt administratorii spiritus. Paratus est ipse pincerna i. e. luc 12 precinget se et faciet illos discumbere etc. Nichil ergo nunc restat nisi ut manus lavemus i. corda mundemus et expa... In ps secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Et ceperunt se omnes excusare. Audita curialitate divina hic subditur duritia humana que ostenditur in tribus primo in excusatione 2o in allegatione speciali 3o in repulsione servi. Dicit ergo Et ceperunt se omnes excusare. Glo. interlinearis quia noluerunt venire quia certe plus terrena quam celestia et spiritualia diligebant. Greg. in omelia Offert quod rogari debuit non rogatus dare vult quod deus sperari poterat quod deus largiri dignaretur postulatus et tamen contempnitur. Paratas delicias refectionis eterne denunciat et tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos mentis minima ut possimus digne pensare maiora. Si quispiam potens ad invitandum quemlibet pauperem mitteret quid faceret rogo quid pauper faceret nisi de eadem sui invitatione gauderet ... humiliter redderet. Vestem mutaret ne quis tocius festinaret ne prorsus ad potentis convivium alter occurreret. Homo ergo dives invitat et pauper occurrere festinat ad dei invitamur convivium et excusamus. Ubi secundum glosam tria genera hominum ab hac cena intelliguntur excludi bene prosequitur tribus modis expositis. Primus secundum glosam per primum qui emit villam significantur gentiles per nimium amorem temporalium secundum illud ... hec omnia tibi dabo si ... Per secundum qui iuga boum emit significantur iudei ... evangelium respuentes per iuga pentateuca qui iuga legis cervicibus suis imposuit vel iuga decem verborum vel 4 libros veteris legis. Per 3m qui uxorem duxit intelliguntur heretici habentes sensum lubricum et femineum in suavitate verborum. Emit secundum ... et Bedam per emptionem ville terrenarum cupiditatis rerum possessionum intelligitur. Unde sic scribit

Beda in omelia quia per villam ... terrena substantia designatur. Exit ergo videre illam qui sola exteriora cogitat propter substantiam. Quid in 5 iugis boum nisi 5 corporis sensus accipimus qui in utroque sexu geminantur. Qui ideo terrena sensus interna comprehendere nescierunt sed sola exteriora cognoscunt et deserentes intima ea que foris sunt tangunt recte per eos curiositas designatur. Que dum alienam vitam querit discutere semper sua intima nesciens studet exteriora cogitare. Grave namque curiositas est vitium que dum cuiuslibet mentem ad investigandam vitam proximi excitat semper ei sua intima abscondit ut aliena sciens se nesciat. In ductione uxoris voluptas carnalis designatur. Unde idem Beda quia per ... voluptas carnalis accipitur. Nam quamvis bonum sit coniugium atque ad propagandam sobolem providentia divina constitutum non nulli tamen per hoc fecunditatem plus sed desiderium expetunt voluptatis. Et ideo per rem iustam signi potest non incongrue res iniusta. Item 3m secundum Aug. in emptione ville notatur superbia dominationis seu rerum ... In iugis boum qui terram versant amor terrene cupiditatis. In ductione uxoris concupiscentia carnis. Et de istis miseris videbis. Unde de istis tribus ... 1 Jo 2o Omne quod est in mundo etc. Item per 3 excusat se cupidus sive superbus 2o curiosus 3o luxuriosus. Item per 4 implicantur 1o labor adquisitionis temporalis cum dicit Villam emi. 2o ... consuetudinis cum dicit necesse habeo. 3 ... mentis ibi exire. 4 cura sollicitudinis exterioris ibi Et videre. 4o contemptus proprie salutis ibi Rogo te. Circa excusatorem primum 4 specialiter sunt attendenda. primus est quod impeditur sue salutis emit. Villam inquit emi. 2us est quod cum divinum querit in servitutem mancipatur. Unde addit Necesse habeo exire. 3us est quod custodie aliorum intenditur negligentia et sui custodia maioretur (?) quod non in verbo exprimitur. 4us quod per emptorem villam videre vadit quam ante emptorem videre potuit. Quia ultimo consideravit agrum et emit eum. quartus est quod duo multarum rerum temporalium ... nulla utilitas est ... Unde ... ad quid prodest illa ecc 4o. Ubi multe opes multi sunt qui comedunt eas et quid prodest possessori nisi ut videat divitias oculis suis. Secunda fatuitatem patientis secunda excusatorem esse fatua ostendit ... in hiis verbis Iuga boum emi ... bestialiorum et solidiorum hominum ... iugis voluptatis 5 sensuum propria subiacet voluptati que curantur subesse ...

Et est fatuus quia coniugium 5 sensuum valde grave est quia oculus non saciatur visu nec auris auditu. Unde ... Per tria movetur terra sed quartum non potest sustinere per servum cum regnare ceperit. Et servus regnans est spiritus ... intumescens stultus saciatur cibo et animus ... infatuatus. Mulier odiosa in matrimonium assumpta et voluptas

spiritum hominis amore connexa. Ancilla
domine est sensualitas dominium rationi auferens.
Circa excusationem tertii notandum quod si uxor
ad dominium ampliatur nulla viro excusatio cum
ipsa in adiutorium sit a deo data. Gen. 2.
Faciamus ei adiutorium simile sibi. Unde et uxorem
dixit magister si bona est potentior
eius ad caram amicam. Unde ecc. 16 Mulieris
bone beatus est vir. Vel uxor hic accipitur
voluptas carnis patet ex processu quod
voluptas hominem impotentem efficit et quasi
paraliticum. Jan. Villam emi. i. dominationem
terre quam multo labore adquisivi
vel infelici commercio. Sed pro ea te vel
regni celestis compani. Aug. in epistola
villa dominationem notat et superbia habere enim
villam et homines sibi subiecere vicium primum
notat. Primus enim homo inventa superbia
venire noluit. Et nunc hec uxorem duxi. Dere
nunc quod viciosa consuetudo necessitatem facit.
Unde Aug. in libro conf. dum consuetudini non
resistitur fit necessitas. Exire necesse a cura
corporis spiritualium et videre illam. Greg. Exit
et videre qui sola corpora cogitat et totum
fastidium ad illa applicat. Ecc. 10. dicit de
avaro quod in vita sua proiecit intima sua.
Nullus autem dominatorum temporalium tam carere
meret. Si ea bene videret et mente considerare
raret. Si mundi pro bene consideraret et breve
vitatem eius periculum et anxietatem. Rami
enim arboris qui sunt in ymo sunt in quiete
qui autem sunt in vertice arboris sunt in
magna agitatione. Et eius pape imanitate
quanto altior assensus tanto gravior casus.
Cecidit petrus sed de infimo statum
surrexit. Cecidit david sed de plano quia se
in altum non extollit unde illud ps. Domine non
est exaltatum cor meum et ideo cito surrexit.
Cecidit adam de alto quia de paradiso et ideo cum
difficultate surrexit. Cecidit lucifer sed de
celo altissimo ideo nunquam surgere potuit.

Sed. Rogo te habe me excusatum. i. ora pro
me peccator sum. Sed quo ordine notandum
quod is qui emit villam et qui ... probando
iuga boum a cena sue invitationis excusat
humilitatis verba premisit dicens
Rogo te habe me excusatum. Dicat enim Rogo
te et cum venire contempnit. Humilitas sonat
in ore superbia in actione. Et ecce dum
dicat p.. quis enim audit nec tamen ea que di
iudicat agere desistit. Nam dum cuilibet
prius agenti dicimus convertere deum sequere
mundum relinque sicut hunc non ad cenam do
cum vocamus. Sed cum dicit Ora pro me quia
peccator sum quid aliud agit nisi rogat et
excusat dicens. Sed quia peccator sum humilitate
insinuat subiungens autem Non possum superbiam
demonstrat. Rogando autem excusat quia
et humilitate supplicat in voce et superbia
tacet in actione. Et alter dixit. Iuga boum
emi. Hic est excusat se a cena cupidus
sive curiosus de utroque patet expositio. Sic tangit
tertia per sensuum particularium numerum. quia quinque

2o. exercitium. ibi. Et eo probare. 3. dampnum.
ibi. Rogo te etc. Jan. per quinque iuga boum intelliguntur
quinque corporis sensus. Et dicitur iuga quod sicut
Aug. dicit nostra combinant. Duo enim sunt oculi
due aures et sic de ceteris. Sicut enim boves
terram vertunt sic sensus avari in terrena
delectantur. Magis enim delectantur eius oculi
videntes massam auri quam videndo corpus
Christi. Ecc. 14. insaciabilis est enim oculus cupidi
plus delectantur eius aures in audiendo tinnitum
auri vel argenti quam verbum dei. Non
talis fuit propheta qui dicebat bonum in loco
oris tui etc. Nares quando semper a remotis
vellent adorare tales sunt siles multi
que a remotis odorant fetorem cadaverum.
Et que sunt ista cadavera nisi aurum et argentum
quorum unum secundum veritatem est lutum rubeum et aliud
lutum album. In ore est avari est dulcior
nominatio auri quam dei. Non talis fuit propheta
qui dixit quam dulcia faucibus meis eloquia
tua. Manus est avari libentius tangunt
aurum et argentum quam tangerent sanctum evangelium
et tamen divitie spine sunt. Alii exponunt
processus textus sic. Et alter. i. curiosus
dixit. Iuga boum emi quinque. i. quinque sensus quorum pro
eis a deo receptis penam dare oportebit.
Et eo probare ea. Hec probatio quinque sensuum est
eorum exercitium. Rogo te. expositio sicut prius.
Et alius excusat se a cena secundum luxuriosus
qui dixit Uxorem duxi. i. voluptatem carnalem.
Aug. Tercius uxorem duxit quia voluptas
carnis multos impedit. Et hinc ait. Et ideo
non possum venire quia voluptas carnis
potissime ligat ut patet in ligatione sampsonis
et dalida iudic. 16. Jan. Voluptuosus
ad celestem cenam venire non potest non debet et non
est dignus. Non potest quia est compedibus ligatus.
Ecc. 7. Inveni amariorem morte mulierem
que laqueus venatoris est. Non debet quia
est fetidus Joel 1. Computruerunt iumenta
in stercore suo. Non est dignus quia est
sordida veste indutus. Si enim non sunt digni
stare in nuptiis qui non habent vestem nuptialem
Mt. 22. multo fortius qui habent vestem sordidam.
Et est notandum secundum Jan. quod non dixit se
de virginitatem vovisse aut continentiam promisisse
et ideo non possum venire. Sed dixit Uxorem duxi
i. certum tamen est quod qui uxores ducunt ad celestem
cenam venire possunt. Sed ideo dicitur non posse
quia nec ita libere nec ita expedite ut virgines
vel continentes eo quod plura habent in
ducentia ad malum et plura retrahentia a bono 1
Cor. 7. qui sine uxore est sollicitus est que
sunt domini quomodo placeat deo qui autem cum uxore
est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat
uxori et divisus est. Nichillominus tamen ut dictum est
ad cenam venire possunt si ordinem coniugalem servare
volunt. Deus enim ordinem illum in paradiso
instituit quando dixit gen. 2. crescite et multiplicamini
etc. Sed quam graviter peccat qui
ordinem transgreditur quem instituit videntur
et franciscus quam grave peccatum perpetrat qui ordinem
a deo immediate institutum violat. Et quia
quilibet ordo habet regulam suam ideo isto ordine

Ecc. 37.
Jan.
Aug.
Aug.
Greg.
Cecidit petrus de ada et lucifer.

matrimonii data est regula et viris p[ro] se et uxo
ribus p[ro] se. ¶ Regula a viror[um] dictavit ap[osto]l[u]s
et habet capitula quor[um] p[rimu]m est q[uod] viri uxores debent
instruere et regere ephes. 4. Mulieres viris subdi
te sint sicut d[omi]no. quia vir caput mulieris est
sicut [Christus] caput ec[clesi]e. 2m capitulum est q[uod] vir d[ebe]t
uxorem sua[m] diligere s[ed] amore discreto et ordi
nato. quod quidem fit qui servat q[uo]d dicit p[rimo] cor. 7.
qui habent uxores tamq[uam] non habentes sint. Unus
qui habet uxores tamq[uam] no[n] habentes sint. Unusquisque
enim debet op[er]i coniugali intendere debet
et unusquisque debet abstinere. De quo t[em]p[o]re
tamen t[em]p[o]re non debito abstinere. De quo t[em]p[o]re
dicit [Chrysostomus]. Abstinete a menstruata. absti
nete a p[re]gnante. quia et dies festus est et dies
ieiunii. T[em]p[o]re menstrui abstinendum est q[ui]a ut di
cunt q[ui] ut dicunt medici tunc concepti ut dicu[n]t
nati seu claudi lep[ro]si. Item t[em]p[o]re p[re]gnacionis ab
stinendum est nam et bestie hoc observant.
Item t[em]p[o]re festivo et ieiuniorum abstinendum est. Ita
q[uod] t[em]p[o]re festivo et ieiunior[um] abstinendum est. Ita
s[ecundum] Aug[ustinu]m. illis t[em]p[or]ib[us] no[n] lic[et] cu[m] coniugibus conve
nire. q[ui]a tunc a licitis abstinendum est ut facilius
impetretur quod postulat[ur]. Item q[uod] viri debent
uxoribus i[n] necessariis providere. Non tamen debent viri
p[er]mittere q[uod] uxores sue nimis vane se ornent.
Item viri non debent uxoribus suis nimis rigidi
esse. ad col. 3. Viri diligite uxores v[est]ras et
nolite amari esse ad illas. Ita talis ama
ritudo est causa discordie. ¶ 2a est regula uxoris
que tradit[ur] thob. 10. Monuerunt illa[m] re mo
nentes ea[m] honorare socros diligere mari
tu[m] regere familiam gubernare domum et se
ip[s]am irreprehensibile[m] exhibere. Et habet ista
regula 4. documenta. p[rimu]m est q[uod] d[ebe]t socros ho
norare quoniam et ei ut tamq[uam] patrem et matre[m]
honorat cu[m] ip[s]i eam i[n] filiam s[ibi] asso
ip[s]os honorat cu[m] ip[s]i eam i[n] filiam s[ibi] asso
ciant. 2m documentum est q[uod] d[ebe]t virum suum di
ligere et hoc amore casto et singulari de quo
amore dicit [Chrysostomus] s[upe]r Mat. Si vir habeat uxore[m]
quo agnoscitur plena uxoris dilectio. Uxor
vero neminem d[ebe]t putare sapientiore[m] neminem
formosiorem et si alter fortior aut formo
sior sit. non t[ame]n d[ebe]t i[n] oculis suis sic apparere.
Si enim p[er]fectum odium sicut p[er]fectus amor ne[m]i[n]em
du[m] no[n] cognoscit. Ex[em]plu[m] si p[er]fecte odias aliquem
qualiscumq[ue] fuit apud eu[m] o[mn]ia t[ibi] displicent
sive que dicat sive q[ue] agit et si vere bo[na] sint t[ibi]
mala videntur. Sic et si p[er]fecte aliquem amas q[ue]
cumq[ue] apud eum sunt tibi placent sive que
dicit sive que agit. Et si vero mala sint t[ibi] bo[na]
videntur. 3m documentum est q[uod] d[ebe]t familiam sua[m]
regere. Dicit enim ap[osto]l[u]s. qui suor[um] et max[im]e domesti
cor[um] cura[m] no[n] h[abe]t fidem negat. Sed de multis
mulieribus p[otes]t dici illud tren. 4. Filia p[o]p[u]li mei
q[uas]i strucio i[n] deserto. Strucio ova sua cooperit
et abiens ea derelinquit. q[ue] sepe a bestiis co
culcantur. Sic sunt multe mulieres q[ue] p[er]mit
tunt filios suos terrenis affectib[us] et demo
nib[us] conculcari et ip[s]e no[n] curant. i[m]mo q[uod] sunt
strucionib[us] crudeliores. quia struciones sup[er] ova
conculcata faciunt planctum magnum. iste a[utem]
sup[er] filios conculcatos a demonib[us] raro pla
gunt. De talib[us] parentib[us] filii i[n] m[un]d[o] conque
rentur. ecc. 41. de patre impio filii conquerunt[ur].
quoniam p[ro]pter ip[su]m sunt i[n] obp[ro]brium. 4m documentum est
q[uod] d[ebe]t domum gubernare et i[n] op[er]ib[us] ip[s]am tra

here s[ecundum] sapientiam ut o[mn]ia sapienter disponat. p[ro]v[er]b.
14. Sapiens mulier edificat domu[m] sua[m]. insipi
ens quoq[ue] extructam manib[us] destruet. Item
diliciaz ut cuncta sollicite p[re]moveat. p[ro]v. 12.
mulier diligens corona est viro suo. Item pru
dencia ut suo t[em]p[o]re cunctis necessaria p[ro]videat. 4m do
cumentum est q[uod] d[ebe]t se irreprehensibile[m] exhibere
ut s[ibi] macula[m] no[n] h[abe]t nec i[n] vita nec i[n] fama n[ec]
i[n] consc[ienci]a. ¶ Sequitur in textu. Et reversus servus
nunciavit hec d[omi]no suo. P[re]dicatores au[tem] q[ua]n[do]
ad p[re]dicandum redeunt ad dei contemplacionem
renunciant quid egerunt p[er] interiore[m] confor
mitatem. Tunc iratus p[ate]rfamilias. Cuius causa est
p[ri]mo liberalitas divina. 2o duricia humana. 3o
subdit[ur] futura dei s[ente]n[ti]a. cuius ostendit[ur] hic duplex
effectus. p[ri]mo i[n] quorumdam vocacione. 2o i[n] alior[um] con
fusione. 3o in excusancium se reprobacione. Vocat[ur]
a[utem] in mundo abiecti. compellu[n]tur a mundo re
iecti. reprobant[ur] a mundo electi. Dicat [ergo]. Tunc
iratus p[ate]rfamilias. i[d est] [Christus]. qui d[icitu]r iratus.
Aug[ustinu]s. Ira dei est vindicta p[e]cc[at]i. P[salmu]s. nul
lu[m] irascitur d[eu]s [contra] illos q[ui] vocati a deo veni
re noluerunt s[ed] ad suasionem diaboli cucur
rerunt. ¶ Hec tamen nobis ostendit[ur] p[ro]v. p[rimo]. Vocam
inquit et renuistis extendi manus meas
et no[n] erat qui aspiceret. despexistis o[mn]e
consilium meum et increpaciones meas neg
lexistis. Item iuste irascitur d[omi]n[u]s [contra] illos q[ui]
contempserunt eius cenam tam delicatam et tan
tis expensis paratam. sicut iratus fuit man
na contempnentib[us] num. 21. Cena a[utem] ista
manna est h[ab]ens o[mn]em saporis suavitatem.
Sap. 16. Item iuste offendit[ur] d[omi]n[u]s cu[m] illis
quos invitavit et q[ui] consenserunt ut veni
rent ad cenam suam s[ed] p[ost]ea venire noluerunt.
sicut mali x[ri]ani. ¶ Hic dicit alius postill[ator]
q[uod] ira dei est eterna et hec est eterna eius re
p[ro]bacio de qua Ro. 9. Est et t[em]p[or]alis et hec du
plex vel qua flagellat electos suos tamq[uam]
filios et hec est bona. hac enim flagellat d[eu]s
filios suos quos recipit. Greg. 3. mor[alium].
flagellis crevit virtus p[er]fecte atq[ue] ex do
lore verberis aucta est gl[ori]a remuneracionis.
Et i[n] eodem causam quare p[er]mittit d[eu]s s[an]c[t]os
flagellari ostendit dicens. Quid est q[uod] op[tim]i
bus in hoc seculo sit vehementer despiciat q[ui]
sic sublimiter an[te] secula elegit n[ec] hoc q[uod] pi
etate fidelium p[ro]b[atu]m q[uia] ideo eos p[re]mit q[ui]a vid[et]
quo remuneret i[n] summis et foris usq[ue] ad de
specta deicit. q[ui]a intus ad inco[m]p[re]hensibilia
p[er]ducit. Hinc [ergo] unusquisq[ue] colligat q[uo]d
illic sunt passuri quos reprobat si hic cru
ciat quos amat. Aut quo ferient[ur] q[ui] iu
dicio feriendi sunt vel arguendi si sic eor[um]
vita p[re]mitur qui ip[s]o iudice teste laudat[ur].
¶ Est et ira q[ua] diabolus reprobos i[n] p[re]senti pu
nit. de q[ua] Greg. 2o mor[alium]. quia p[er] flagella per
malefacta corrige[re] debuit plerumq[ue] agit ut
nequicia p[er] flagellum crescat et quida[m] p[ro]p[ter]ea
q[uod] mente inter flagella correxit q[ui]a inter illa
tas miserias subsistendi custodia p[er]didit.
Dixit servo suo. i[d est] ordini p[re]dicator[um]. Exi
cito. sicut ab ocio studii et contemplacionis
i[n] p[ri]ncip[io] actionis et p[re]dicacionis s[ecundu]m illud mar. vlt.
Euntes i[n] mundum universum p[re]dicate evange[lium].

Aug[ustinu]s. P[salmu]s.
De ira dei.

Postill[ator].
Ira dei dup[lex]
et h[ec] est dup[lex].

Greg.

Greg.

Regula virorum.

Chrys[ostomus] s[upe]r Mat.

Regula 2a uxoris.

Chrysostomus.

De strucione.

Voca genciu.

ze. Exi inquit cito i sine mora & diloe
in plateas & vicos civitatis. p vicos et &
plateas civitatis que s clausuram ht in
tel voca iudeoz qui clausi erant legalib3
observancijs. p hoc qd dicit exi cito i vias
& sepes. intel voca gencium qui dum p eoz
ho fui oro exponebant gentiles sicut vie
& sepes. Item iudei erant qui tunc cives vtpo
te eius legem tenentes s3 gentiles qui agrestes
ideo iudei de plateis & vias civitatis gen
tiles de vijs & sepib3 dicunt vocati. p pla
teas a intelligunt iudei qui erant in la
ta via prosperitatis & voluptatis. p vicos
illi qui in angustia adversitatis. Vicus
eni arcior est quam platea. Aug9 q vagat
p campos licencie putantes licitu quid qd e
libitum q laxas s ferrerunt habenas ef
frenata libertate viventes frenum continen
cie non arcentes. ista vocant de latitudine vo
luptatu qui de plateis. De vias vero vo
cant illi q penuria viciorum arctam intrant
via dni. istorum a tangit z desus cum dr. Pau
peres p defcu gre & virtutis. Debiles p
defcu bone operacionis. claudos p defcu rec
affectionis. Cecos p defcu vere cognicionis.

Greg.

Hos vult dns ad primaz & ad sui communi
onem. Du gg i omel. Ecce qui tenere se
plus iusto micabat venire ad dnica ce
nam recusat. qui labore ancxiositatis insu
dat. parata vite alimenta fastidit q carna
lib3 desiderijs inseruit spiritualis convivium re
spuit. qz g venire superbi respuunt aut re
nuunt pauperes eliguntur. Cur hoc quia iuxta apostolum
voce prima cor p. infirma mundi elegit ds
ut fortia queque confundat. Sz nonda i

Nond.

Qui venint ad cenam.

quid nobis est quod testabantur q ad cena
vocantur & veniunt. s pauperes & debiles.
debiles dicunt qui iudicio apud semetipsos
infirmi sunt. Nam pauperes qui fortes sunt
qui positi i paupertate supabant. Ceci vero
sunt q nullum ingenij lumen hnt. Clau
di quoque sunt q rectos gressus i operacione non
hnt. Sz dum morum vicia i membrorum debili
tate signantur profecto liquet quia sicut illi peccatores
fuerunt q vocati venire noluerunt ita
hij peccatores quoque sunt q invitantur & veni
unt. Sz peccatores superbi respuuntur & humiles
eliguntur. hos elegit dns quos mundus despi
cit. qz plerumque ipsa despectio plerumque revocat
ad semetipm. Qs eni qui prem reliquerat & parte
sbe qui susceperat prodige dependit postque esu
rire cepit i se reversus dixit. Quanti merce
narij in domo patris mei habundant pani
b3. longe quippe a se recesserant qui pecca
bat & ni esurisset i semetipm minime redijsset.
quia postque terrenis reb3 indiguit tunc cogita
re cepit quid de spiritualib3 amisit. Pau
peres g ac debiles ceci & claudi vocantur
& veniunt qz infirmi qui qz atque i hoc mun
do despecti plerumque tanto celerius voce dni
audiunt quanto i hoc mundo non hnt vbi de
lectentur. ¶ Super isto textu. Exi cito. rec

¶ Postill.

dic postill. Prius papunt q predicare qz hic e
ordo conveniens ut prius exeat de vetere vi
ta qz alios vocet ad nova. Du Josue 2o

de quo exploratore iericho exierunt de sethim.
Sethim interpretatur & signat divicias tpales solli
citudine pungentes ut pz luc 8. Vel signat qlib3
pungit consciam Exeat g de divicijs eas
contempnendo. vel non amando. qui predicat pau
ptatem exeat de culpa qui predicat virtutem.
vel exeat de studio contemplacionis vite ad
exercitium ecclie pro fratrum iuxta illud cantic 1.
Egrediamur i agrum rc. Egredi i agru e ad
exteriora exercicia virtutum progredi. Item i hoc q
dicit exi cito. ondit quantum dns sit avidus
salutis hume qui non vult predicatores i hoc
ope pigritare. luc 10 dicit neminem p viaz
salutaveritis. i nullius salutacio ab incepto p
dicacionis officio vos impediat. Ite p hoc q
dicit Per vicos & plateas. & post p vias &
sepes non quia non solum bonos s3 & malos ad
se vult vocari. Vn ambros9. Vult bonos
& malos introire ut bonos augeat & ma
loz affectum commutet. Per plateas & vicos
mali per vias & sepes. boni intelliguntur.
ambros9. mittet ad plateas i peccantes ut
de latioribus vijs ad angusta via veniant
q ducit ad vitam eternam. Mittit ad vias
i ad bonos qui viz apti sunt regno celoz
q nullis presencium cupiditatibus occupati ad
futura festinant i quodam bone voluntatis
tenore constituti. Mittit ad vicos q angu
sti sunt i ad eos qui solo timore i servili ut
mundanos a peccatis prohibent peccandi volun
tate retinentes. etc re. Et si imbecillitate
virium vetetur quis si invenit tps male
faciendi malefaceret. Mittit ad sepes i ad
eos qui i sepib3. marcere ab incultis detre
nunt & incursus arcent bestiarum norunt bo
mala qz distinguere adversus temptamenta
spiritualis nequicie fidei munimine obtendere. ¶ Vel
aliter p vicos & plateas intelliguntur seculares
quorum civitas mundus e. Cant 3. p vias &
sepes mundo abrenunciantes intelliguntur ut
sic innuatur quia non solum de mundo contempnentes
s3 & de mundanis aliqui salvandi sunt sic
dr in 2e. De illis qui sunt i agro mola vel
lecto vnus assumetur & alter relinquetur. ¶ Vel
p plateas signantur aperte peccantes p vicos late
ter peccantes vel p plateas voluptuosi p9
concupiscencias cordis sui vagantes p vicos cu
pidi intelliguntur p vias & sepes religiosi. Et
non qd dicit Voca pauperes. ut p hoc sciaS
q ds non est acceptor personarum. ¶ Et est vltra
sciendum q mundus ht suos pauperes & debiles
quos debiles facit & & pauperes. Mundi de
biles sunt qui ita assueti sunt peccatis q
vehementi temptacioni statim cedunt & paupes
suos h3 quos spoliavit ornamentis virtu
tum & veris divicijs & se tamen reputant dites.
Cecos suos h3 quos excecavit s amore
tpalium. Claudos suos ht qui cadentes de ba
culis virtutis sue i gre sue claudi effecti
sunt. Claudi sunt q i via xpo non recte incedunt
Claudi sunt q timore & amore claudicant ut
acceptores personarum. ¶ Claudi sunt & pvarica

rares omnis. ¶ Habet enim dominus pauperes et debiles suos. Pauperes sunt qui nullas opes se spirituales diuicias habere recognoscunt et ideo omnes a domino humiliter mendicant. 2 Reg. Habet et debiles qui cognoscunt infirmitatem propriam et se non posse resistere contra se dicentes cum ps. Fortitudinem meam ad te custodiam quia de potencia sua et diuiciis non confidunt. Hii dicunt miserere mei domine quoniam infirmus sum. Habet et cecos suos qui proprium sensum ignorant et alterius consilio regi non erubescunt. ¶ Sed deducit ad cenam pauperibus quia pro subiungat audiamus. Domine factum est ut imperasti i. non tamen quod imperasti sed eo modo quo imperasti. Et adhuc locus est. quasi diceret multos introduximus de iudeis sed adhuc locus est ut recipiant gentiles cum fuerint conuersi. Ista expositio consonat Greg. in omelia dicens Multi tales ex iudeis ad cenam domini collecti sunt sed multitudo ex populo israelitico non credidit. locum superni conuiuii non impleuit quem post ea frequencia iudeorum sed adhuc locus habet in regno [illegible] suscipi valeat numerositas gentium. Unde et eodem sermone ait dominus. Exi cito in vias et sepes i. gentiles. Vocacio enim gencium fuit tamquam agrestium in viis et mundane prosperitatis et sepibus temporalis aduersitatis et ordinate procedit. Nam post ascensionem domini per apostolos vocati sunt multi de iudeis ut patet act 2 et 4. Postmodum quando induratis iudeis conuersi sunt apostoli ad vocacionem gencium secundum illud act 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei. sed quia repulistis illud conuertimur ad gentes. Exi in vias et sepes et compelle intrare. Secundum instanciam predicatoris. ¶ Et sicut ait Jan. super isto textu quod hospites non solum sunt inuitandi sed et trahendi. Dominus et ad cenam suam compellit intrare sicut enim compulit paulum qui amisso visu conuersus est. act 9. Item filium prodigum qui fame compulsus redijt ad patrem luc 15. ¶ Multis claudit dominus viam inferni ut redeant ad paradisum. Osee 2. Sepiam viam tuam spinis et sepiam eam maceria. Greg. in omelia. Hic spinis sepite sunt qui in hijs que male cupimus dolores pungentes inuenimus. Hic vero maceria sepiuntur cum desideriis in hoc mundo dure obuiaciones resistunt. Multi vinculo egritudinis ligantur a domino ne possint facere quod vellent facere. Bernardus. Infirmitati mee gracias ago que cogit me non posse quod non debeo velle. Multe persecuciones compellunt nos ad dominum. Ignis accensus ad aurum sordes tollit accensus ad ferrum in rubiginem vertit. Greg. Abscondit deus virus putredinis ferro tribulacionis. Quisque [illegible] pro peccato nec murmurando reuertatur eo ipso iam iustus esse inchoat quo ferientis iusticiam non accusat. Item vitulus mactandus in liberis pascuis relinquitur ad laboris usum deputatus sub iugo tenetur. ¶ Et nota quod iudeos monet vocari gentiles compelli quia iudeis tamquam legem et prophetas habentibus lenior vocacio debet sufficere. ¶ Est notandum secundum Greg. quod in hac inuitacione 3a non dicitur inuita sed compelle intrare. Alii enim vocati sed venire contempnunt. Alii vocati et venerunt. Alii enim nequaquam dicitur quod vocati sed compelluntur ut intrent. Vocati et venire contempnunt qui donum intellectus acceperunt sed eidem dono operibus non consequuntur. Vocati et venerunt qui acceptam intellectus graciam operando perficiunt. Quidam et sic vocantur ut et compellantur. Nam sunt nonnulli qui ad bona facienda intelligunt sed hec facere desistunt. Vident quid agere debeant sed hoc ex desiderio non sequuntur. Hiis ut supra diximus plerumque contingit ut eos in carnalibus desideriis mundi huius aduersitas feriat. apprehendere temporalem gloriam conantur et nequeunt. et dum per alta pelagi quasi ad grandiores curas huius seculi nauigare proponunt semper aduersis fluctibus adiectionis sue littora repelluntur. Cumque se frangi in desideriis suis aduersante mundo conspiciunt quid de se suo auctori debeant commemorant ita ut cum erubescentes redeant qui cum superbientes pro mundi amore deserebant. ¶ Super isto textu compelle intrare dicit Postil. Attende quod secundum dicta de mundanis qui per plateas et vicos signantur. introduc. Hic vero de religiosis qui per vias et sepes signantur. compelle intrare. Illi enim introducti dicuntur quibus sufficit seruare mandata. Sed illi intrare compelluntur qui consilia superaddunt. Vere compellitur qui non quod sit proprie voluntatis agit sed alieno sensu et voluntate ducitur. Tales ad cenam suam compellit dominus ut impleatur domus sua secundum electum debito numero predestinatorum qui numerus nisi completus non remanebit. Non enim vult dominus domum suam vacuam remanere ideo apoc 6. dictum est ut requiescerent tempus adhuc modicum donec impleatur numerus consorciorum. ¶ Et notandum secundum Gorr. quod per vocatos de plateis signantur publici peccatores. per vocatos de vicis peccatores occulti qui saltem erubescunt peccatores videri. per vocatos de viis peccatores qui de facili sunt parati conuerti. per vocatos de sepibus peccatores qui iam de peccatis suis dolere inceperunt et compungi et tamen imperfecte. ¶ Dico autem vobis nemo virorum illorum gustabit cenam meam. Immo nec dulcedinis eius modicam micam. Jan. Ex eo quod dicit dominus Nemo virorum illorum gustabit cenam meam datur intelligi quod gustabunt aliam cenam que non est sua. ¶ Pro quo notandum quod est quadruplex cena s. corporalis spiritualis infernalis et celestis. In cena corporali debent refici pauperes. luc 14. Cum facis prandium vel cenam voca pauperes et debiles cecos et claudos. Valerius inquit quod antiqui communiter sumebant in die et in loco communi communiter comedebant ideo cena dicebatur a cenos quod est commune. Ex primo ostendebant suam frugalitatem et abstinenciam quod contenti erant vnica comestione in die. Et secundo patet eorum honestas. Nam ideo in loco communi et aperte comedebant ne loci latebra ibi fierent vel verba inhonesta narrarentur. Ex tercio ostendebant suam liberalitatem quia non sigillatim sed communiter commedere volebant. et ideo peregrinos et hospites ad sua inuocabant. Exemplo quorum antiquorum et nos ista tria in nostris conuiuiis habeamus. primo parsimoniam et frugalitatem. eccl 38. In multis escis erit infirmitas. et infra. propter crapulam multi obierunt. qui autem abstinens est adiciet vitam. ¶ Refert aug. tria documenta a beato ambrosio se didicisse. Unum est ne officium militandi alicui suaderet ne forte calumpnias et spoliaciones exercerent. 2m est ne vxorem alii peteret ne forte ipsi coniuges inter se male conuenirent. 3m

Postil.

Gorr.

Jan.

Nota cena 4.

Aug. narrat tria documenta.

nia ledicunt. 3m ne ad conuiuiu inuitatus atte
dat ne forte ibi temperancie modum pdat. 2o debitus
here honestatem ne s. i uris conuiuijs sint las
ciua solacia et ne ibi dicantur uerba detractori [Vo detractores.]
a pu 13. Noli esse in conuiuijs neque i comes
sacionibus eorum qui carnes ad conuestiendum conferunt
illi carnes ad uescendum conferunt s. glo: qui i
locucione blassfemi pproximorum uicia dicunt. Pro quo
aug9 contra pestem detractionis hos versus scrip
tos i mensa habebat. Versus. [Versus.]
Quisquis amat dictis absentum rodere uitam.
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.
3o debemus here pietatem ut s. pegrinos et pau
pes i uris conuiuijs habeamus. Stulte dicit aua
rus ecc. 11o. Inueni requiem mihi et nunc man
ducabo solus de bonis meis et nesciat quod tempus
preterea et relinquet omnia alijs et morietur.
2a est cena sponsalis quam dominus facit cum anima [2a cena.]
apo. 3o. Ego sto ad hostium et pulso etc. Et
cenabo cum illo et ipse mecum. hoc exponitur
ad simbolum. Peccatori enim penitentis debet ponere [3a fercula penitentie]
tria fercula s. contricionem confessionem et satisfac
tionem. Deus autem alia tria ponit s. miam gratiam
et gloriam. De ista cena potest intelligi illud Io. 22o.
fecerunt autem cenam ei i xpo. martha s. et ma [cena sponsalis]
ria et lazarus unus erat de discumbentibus.
Per martham signatur actiua per mariam contem
platiua per lazarum de nouo a peccatis resuscitatum.
Cenat autem xpus cum actiuis quia delectatur i operacione
eorum. cenat cum penitentibus de nouo conuersis
quia delectatur in eorum conuersione. Delectatur enim in
contricione penitentium i humilitate contemplatiuorum
et i fide formata actiuorum. Sicut enim contricio necessaria
est de nouo conuersis et fides formata necessaria est acti
uis. Sic humilitas potissime necessaria est contem
platiuis. quia nemo potest ascendere ad deum nisi per
humilitatis gradum. Aug9. tuta secura quia uia
s. mollitur humilitas leuans cor ad deum non
contra deum. 3a cena est infernalis de qua apo. [3a cena.]
19. Venite et congregamini ad cenam magni dei
ut manducetis carnes regum etc. In ista cena
datur duplex panis unus durissimus qui numquam
potest digeri. s. mors eterna. Alius panis pa
nis est amarissimus s. consciencia amara. Greg. [Greg. consciencia.]
Reatus mala consciencia sed semper nunc non redit
a se quia potest foris aliquod esse remedium quando intus
multum est inclusum. Item i ista cena datur
duplex uinum s. rubeum quod est fel draconum. et al
bum quod est uenenum serpentium. Item i ista cena
apponentur carnes hostes et assate. Nam linguas
suas manducabunt pre dolore apo. 16. et quamuis
tunc cumque et quo acutissimam linguam comedat
subito reintegrabitur ut iterum comedatur. Item
i ista cena resonabunt cantica generis instrumentorum s.
stridor dentium ululatus demonum et planctus cor
de omni. 4a cena est cena celestis de qua dicitur apo. [4a cena. agni cena celestis.]
19. beati qui ad cenam nupciarum uocati sunt. Cir
ca istam cenam duo sunt uidenda primo quid quis pre
parauit. 2o propter quid preparauit eam. Circa primum sciendum
quod istam cenam preparauit tota trinitas ita quod pater
fercula sua ibi ponit et filius sua et spiritus sanctus sua.
Pater enim primo ponit tria fercula primo sue faciei clara
uisionem. Ps. Io. 3o. Videbimus eum sicuti est. 2o.
omnium bonorum plena possessio. Ps. cor. 15. et sap. 6o.
3o. omnium uoluntatum et desideriorum complecione et que

tatorum. Filius autem in illa cena tria ponit fercula primo [Filius]
panem uite Io. 6o. Ego sum panis uite qui uenit
ad me non esuriet. 2o sacietatem i sua deitate. 3o
sacietatem in sua humanitate Io. 10. Ingredietur
et egredietur et pascua inueniet. Ingredietur s.
ad contemplandum diuinitatem et egredietur s. ad
considerandum suam humanitatem. Spiritus sanctus i eadem [Sps sa]
cena tria ponit primo ignem qui fercula decoquitur
2o uinum quo sancti inebriabuntur. In ps. Inebria
buntur ab ubertate domus tue. 3o fructus qui delectant
ad gal. 5o. Fructus autem spiritus caritas et gaudium etc.
2m est propter quid xpus cenam istam preparauit et tam
multos uocauit. quod ideo fecit ut celestis ciuitas
suis ciuibus impleatur. Un dicit compelle i
trare ut impleatur domus mea. Cum ascensione
quidem xpus i celum domus dei quantum ad homines e
rat omnino uacua quia nullus omnino ibi adhuc fuerat.
Nunc est semiplena quia unus predestinatorum adhuc
nondum implet. Post iudicium autem erit plena comple
to numero electorum de quo numero nos esse concedat qui
sine fine uiuit et regnat.

Erant appropinquantes ad ihesum publicani [Dominica tercia post trinitatem hec]
et peccatores. In presenti euangelio
concurrit principaliter declaranda primo a
peccatis resurgendi informatio. In publicanis et
peccatoribus ad ihesum accedentibus. 2o a fidelibus auctoris
detestanda pharisaica indignatio. In scribis et
pharisei murmurantibus. 3o eorundem per parabo
las euidencias sufficienter confutatio. Et ad penitentiam
salutare motiuum et inductio i penitentia saluato
ris angelis gratulantibus. Primo dicitur quod erant
appropinquantes ad ihesum publicani et peccatores.
Dicebantur autem publicani quia puplica uectigalia
exigebant uel conducebant. Et dicebantur
publicani a publico quia pro precio inde tributa
riam. Vel dicuntur publicani qui lucra secularia [publicani]
sectabantur. Vel publicani possunt dici peccatores
notorij peccatores uero occulti non infamati.
De istis dicitur quod erant appropinquantes ad ihesum. Ap
propinquanti enim deo per penitentiam deus appropinquat per gratiam.
Iac. 4o. Appropinquate deo et appropinquabit uobis.
Ista autem appropinquatio et elongatio non fit loco sed
similitudine et dissimilitudine. Non hic quod non mirum
fuit si saluatori appropinquabant publicani qui sa
lute indigebant. Ait quod Non est opus ualentibus ua
lentibus medicus sed male habentibus. Aug9. Domine [Aug9]
medicus es et ego eger sum misericors es et
ego miser sum. Sana quis et miserere. Item non [2a ro]
erat mirum si appropinquabant ei qui eis tam pro
pinquauerat. quod per gradum propinquitatis eis propin
quius fieri potuit. Assumendo enim carnem frater
factus est. Vestem similem uesti peccatorum se induat cum
sit enim deus filium suum i similitudine carnis peccati.
Ro. 8o. Ber. Puto me spernere non potuit xpus os de [Ber. 3a ro]
ossibus meis et caro de carne mea. Item non erat
mirum si ei appropinquabant cum mansuetus omnino
rifferam a prophetis predicatum. Zach. 9o. Ecce rex tu
us uenit tibi mansuetus. Ber. super cant. Omnino [Ber.]
propter mansuetus qui in te predicatur currimus post te domine
ihesu audientes quod non spernis pauperem peccatorem
non horres. non horruisti confitentem latronem non
lacrimantem peccatricem non chananeam suppli
cantem publicanum non negantem discipulum non
persecutorem discipulorum non ipsos crucifixores
tuos. i odore unguentorum tuorum currimus. Man [Mansuetudo]
suetudo enim hic natum adamantium. Adamans

per opera bona se exercitat. Aug. ad probam. Hec enim uberior fecunditas que fertilitas non ventris grandescere non lactescere pectore sed corde grandescere et non multiplicare visceribus terram sed celum parturire. Secundo ibi debet esse bonum sacramentum ut inter sponsum et sponsam numquam divisio fiat. Sicut enim in matrimonio corporali est triplex vinculum: unum per consensum animorum, aliud per commixtionem corporum, tertium per individuam habitationem amborum. Sic in isto spirituali matrimonio Christus est nobis copulatus per caritatem interius, per nature conformitatem ad Hebr. 2°, et per inseparabilitatem Math. ult. Iste enim sponsus cum sit speciosus forma pre filiis hominum vult habere sponsam pulcram. In ps. Et concupiscet rex speciem tuam. Item sponsam pacificam. Prov. 21. Item sponsam amori suo semper intentam sicut et ipse sponse intendit. Sponsa ergo que non pulcra per puritatem conscientie nec pacifica per humilitatem nec sibi intenta per caritatem ad eius nuptias pervenire non potest. Ideo virgines fatue non admisse sunt quia non habuerunt oleum i. nitorem et suavitatem conscientie. Math. 25. Tertio in isto convivio spirituali erit festa consolatio que fit potissime per gratiam. Cibo enim non pascuntur nisi illi qui habent tria predicta, scilicet qui sunt puritate nitidi, corde tranquilli et celestium fervidi. Hinc est quod filii Israel non receperunt manna nisi postquam exierunt de Egipto et post transitum maris et farina Egipti deficiente. Qui ergo vult pasci manna divine gratie oportet quod sit puritate nitidus et hoc est exire de Egipto i. de tenebrositate peccati. Deus enim non pascit animam tenebrosam et nigram sed puram et candidam. Unde super illud ps. pullis corvorum invocantibus eum dicit Remigius quod quamdiu pulli corvorum habent plumas albas a parentibus tanquam degeneres relinquuntur et rore celi pascuntur. Cum autem plume eorum nigrescere ceperint tunc a corvis cadaveribus nutriuntur. Eodem modo Deus animam pascit que habet mundiciam conscientie rore celesti i. rore gratie. Que autem habet nigredinem peccatorum pascitur a demonibus cadaveribus immundiciarum. Secundo oportet quod sit mente tranquillus et hoc est transire mare. Mare enim semper est in motu et significat illos qui diversis anxietatibus et tribulationibus moventur. In cordibus autem talium Deus non quiescit. Quod est figuratum III Reg. 19 ubi dicitur Ecce Dominus transit et spiritus grandis et fortis subvertens montes, non in spiritu Dominus, et post spiritum commotio, non in commotione Dominus, et post commotionem ignis, non in igne Dominus, et post ignem sibilus aure tenuis et ibi Dominus. Non ergo in spiritu subvertente nec in commotione perstrepente nec in exurente sed in sibilo demulcente. Tria enim sunt que faciunt hominem inquietum, scilicet superbia et est spiritus grandis et fortis subvertens montes. Secundum est avaritia et ista est commotio que montes sollicitudinibus inquietat. Tertium est iracundia et ista est ignis. Deus enim non in corde superbo avaro vel iracundo sed in corde ubi est sibilus aure tenuis desiderat habitare. Per sibilum intelligitur humilitas et sibilus equos mitigat et catulos instigat. Sic humilitas mentes elevatas tranquillat et demones irritat. Per auram significatur mansuetudo que ignem iracundie refrigerat et extinguit. Per auram tenuem significatur voluntaria paupertas que animam alleviat ab oneribus sollicitudinum. Deus ergo habitat ubi est sibilus aure tenuis i. ubi invenit humilitatem mansuetudinem et paupertatem. Tertio oportet quod sit amori celestium avidus et hoc est abicere farinam Egipti. Quamdiu homo delectatur in mundanis non ut deberet amat celestia. Farina in qua est alba sed in qua farina Egipti est tenebrosa. Sic delectatio mundi vel pulcra sit tamen mentem facit obscuram. Legitur de naturis animalium quod aquila pullos quos ad terram aspicere videt tanquam degeneres abicit, quos vero ad celum tanquam proprios nutrit. Deus non nutrit cibo gratie nisi illos quos non videt terrena sed celestia principaliter desiderare. Ber. Delicata est divina consolatio et non admittentibus alienam.

¶ Secundo sunt nuptie celestes de quibus Apo. 19 Beati qui ad cenam agni nuptiarum vocati sunt. Ibi enim erit plena sacietas unde dicuntur nuptie. In nuptiis solent omnia habundare. Ibi erit dulcis aviditas et eterna securitas. Adeo dicitur cena quod nullum aliud convivium restat.

¶ Tertio videndum est que sit via veniendi ad nuptias et dicendum quod humilitas quam consequenter suadet cum dicit Sed cum vocatus fueris. Ubi supponit tria scilicet viri exaltationem, exaltati humiliationem et humilitatis utilitatem. Recumbe in novissimo loco, minorem te aliis reputando. ¶ Secundum tamen superiorem processum quod triplex est novissimum: statuum, graduum et locorum. Aut status locus novissimus est subditorum, aliter locus novissimus est locus inferni. Recumbe ergo primo in novissimo primo scilicet in statu incipientium te reputando per humilitatem. Aut in novissimo secundo scilicet in gradu subditorum per dei timorem. Aut in novissimo tertio scilicet in inferno per iugem meditationem. ¶ Hic autem querit Parisiensis quare non dicit in medio quod scriptum est Medium tenuere beati. Et respondet dicens Paradisi hostium humile est, i. Christus. Io. 10. Et Augustinus: Per humile ostium non est periculum quantumcumque se humiliet et inclinet. Sed si plus debito caput elevaverit et caput suum allidit et ab ingressu impeditur. Sed quantumcumque te humiliaveris non est periculum. Si tu per superbiam plus debito te exaltaveris ingressus in regnum indubie impeditur, quia per ostium tam humile in celo non poteris introire. Math. 18. ¶ Secundo facit Parisiensis quod tribus de causis recumbendum est in novissimo loco: primo propter casus vitationem. Humilitas enim in ymo est et non habet unde cadat. Secundo propter gratie conservationem. Tertio propter exaltationem sequentem quia qui se humiliat exaltabitur. ¶ Hic ergo dicit Ian. quod humilitas meretur gratiam que est venire ad nuptias spirituales et gloriam que est venire ad nuptias celestes. Quanto enim aliquis est humilior de tanto in gratia et gloria est maior. Quod et probari potest exemplo oculi. Primum exemplum est in pupilla. Ergo pupilla quanto nigrior tanto lucidior. Sic homo quanto magis nigrescit in conspectu suo tanto magis lucescit in conspectu dei hic per gratiam et in futuro per gloriam. Secundum exemplum est in candela que quanto plus inclinatur tanto maiori luce perfundit. Sic quanto homo magis inclinat per humilitatem tanto maiori luce

Ber.

¶ Nuptie celestes

Via veniendi ad nuptias.

Novissimum

Parisiensis

Ro.

Ro.

Ian. ¶

De humilitate exempla

gratie et glorie repletur. Tertium exemplum est in aqua que quanto magis descendit tanto sursum magis ascendit. Sic et homo quanto magis descendit seipsum humiliando tanto plus ascendit ad deum. Quartum exemplum est in corde animalis. Animalia enim habentia magnum cor in quantitate sunt timida sicut patet in cervo et in asino. Habentia cor mediocre sunt audacia sicut patet in cane. Habentia [?] corpus sunt audacissima sicut patet in leone. ¶ Videmus etiam quod ignis magnam domum calefacit, mediocrem magis, parvam maxime. Sic est de igne spiritus sancti et sic homo quanto humilior tanto in gratia et gloria sublimior est. Hoc innuitur per hoc quod subditur. Ut cum venerit. Ubi ponendo utilitatem humilitatis quam tangit tria que dat homini humiliari que sunt tria: amor, valor et honor. Tangitur superiorum ibi Ut cum venerit etc. Amor primantis ibi dicat tibi amice. Valor primi ibi Ascende superius. Honor primati ibi Et tunc erit tibi gloria. Dicat ergo recumbe in novissimo loco ut cum venerit qui te invitavit. Invitat enim animas Christus ut veniant discumbentes. Luce 23. Invitat nunc vel mentes visitando vel merita post mortem dispensando. Dicat tibi Amice, propter humilitatem ascende superius et in presenti per gratiam et in futuro per gloriam. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Glosa: In eadem beatitudine et in eadem fide quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Hic subinfert processum domini ubi tangit retributionem duplicem. Primo superborum ibi Omnis qui se exaltat. Secundo humilium ibi Et qui se humiliat. Qui primo implicat tria, primo generalitatem sue [?] quia omnis sive laicus sive clericus sive religiosus qui se exaltat superbiendo humiliabitur sponte vel invito, hic vel in futuro. ¶ Et est notandum quod dicit qui se exaltat non qui exaltatur. Sicut enim ut dicit Gregorius non potestas sed elatio in culpa est. Et qui se humiliat exaltabitur. Ubi est secundo notandum quod dicit qui se humiliat non qui humiliatur. Item non dicit qui caput humiliat sed se quantum totum. Est enim qui se nequiter humiliat et interiora eius plena sunt dolo. Eccli. 19. Et 10 dicitur Eccli. 12: Si humiliatus vadat curvus, abice animum tuum et custodi te ab illo. Qui sic numquam se humiliaverit exaltabitur vel hic vel in futuro aut merito aut officio aut in premio. Commendatur ergo humilitas quia voluntaria non coacta, vera non ficta, fructuosa non dampnosa. Voluntaria cum dicitur qui se humiliat. Veritas cum dicitur se. Fructuositas cum dicitur exaltabitur. ¶ Hiis premissis de spirituali infirmitate per ydropisim figurata superest videre de eius curatione, ad quam tria requiruntur que in eo processu deducuntur. Primum est quod Christus intraret domum ubi iacebat infirmus. Secundum est quod apprehendat eum. Tertium est quod infirmus se humiliet ut exaltetur. Domus infirmi conscientia est quam si infirmus sanare desiderat oportet Christum intrare et per infusionem gratie operantis

Humiliari dat homini tria.

Greg.

¶ iij ad curationem spiritualem tria requiruntur.

et panem manducare per eius voluntatis adimpletionem. Hanc domum Christus semel ingressus non egreditur nisi per iniuriam expellatur. Ab hac domo expulsus non longe recedit sed foris pulsans iterum introitum petit sed et intrare permittit ianuas aperienti. Apo. 3. Ego sto ad ostium et pulso. Si quis audierit vocem meam et aperuerit michi ianuam intrabo ad illum et cenabo cum illo et ille mecum. Quod [?] peragit primum agere per quem potissime Christus intrat, ianua enim per quam Christus intrat et diabolus exit est firmum propositum relinquendi peccatum. Ad hanc ianuam Christus pulsat quando per internas penas, per permissiones primorum, per publicas predicationes, per mundi tribulationes vel per amicorum donationes vel per occultos instinctus vel excitationes a malo recedere cum firmo proposito non residivandi nos invitat. Christus [?] cum ad nos intrans nobiscum cenat quando nedum peccata relinquimus sed et voluntatem patris eius precepta eius continuando observamus. ¶ Prandit autem [?] multis cum quibus Christus prandet sed non cenat, sicut omnes qui ad tempus eius precepta observant sed in bono finaliter non perseverant. Cena autem quia ultimus cibus est significat finalem perseverantiam, quam Christo perficere debemus et tunc indubie cum eo cenabimus in finali beatitudine perfruentes. Christus autem sic mentem vel conscientiam visitans fetorem immunditie vitiorum tollit quia caritas est. Similiter et avaritie extinguit quia qui bibit ex aqua hac quam ego dabit non sitiet in eternum. Tumorem et superbie expellit quia humilis est. Manum et mentem infirmum [?] peccatorem assumit ut curet. Manum ad utilitatem curatam mutat ut virtuose operetur. Ex hiis operantibus humilians se peccator exaltatur. ¶ Hic autem sunt quedam notabilia non postponenda, quorum unum est quod sicut per ydropisim intelligitur appetitus divitiarum, deliciarum et honorum. In servis dei istam triplicem sitim extinguit aqua spiritus sancti. Aug. Qui bibit de flumine paradisi cuius una gutta maior est oceano restat ut in eo sitis mundi extinguatur penitus. ¶ Vel secundo de abbibulo [?] dominus curat sanat dum aquam in pecuniam que subiecte burse est evacuat. Dominus et curat fetorem dum dicit servo Vade in exitus viarum et quoscumque inveneris pauperes compelle intrare ut sic purgatur sterquilinium tollatur. Quod [?] attendit de quo in psalmo: Sanavit animam meam. In Paulo enim extinxit superbiam quia prius dicebatur a Saule superbo; postea dictus est Paulus id est humilis; qui prius erat lupus postea erat agnus; qui prius sanctos in carcerem trahebat postea pro sanctis morti et carceri se exponebat. In apostolis et Zacheo extinxit avaritiam, sancti apostoli dereliquerunt habita et non desideraverunt iterum [?]. Zacheus largitus est propria et restituit aliena. In Magdalena extinxit omnem luxuriam. ¶ Secundo notandum quod ex processu huius evangelii duo elicit [?] primo. Unum phariseorum maliciam Christo insidiantium et salvatoris prudentiam eorum insidias evitantem. Videbant pharisei ut ipsum reprehendere possent. Ipse vero illos reprehensibiles convincebat, et hoc in secundo in huius evangelii.

Primum est quod ei quem pascebant nocere intendebant. erebant tamen eo quod ei insidiabant. pauperi salvatori ex ficta amicitia refectionem dabant quem tamen ex invidia observabant. 2us fuit quod ipsi peccatis pleni ipsum in eo querebant quod ipsum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Quod certe proprium est insipientum aliena vita explorare et propria non attendere. 3º erat defectus compassionis. Non ei habebant compassionem ad ydropicum [illegible] calumpniabantur. Non ita est compassio sed [illegible] 4º erat quod tacuerunt quando loqui debuerunt interrogati an liceret sabbato curare. Quod ydropici tacent cum tempus sit loquendi. et loquuntur cum tempus sit tacendi. qui non appetunt peccata sanare sed potius accusare sicut fuit Herodes. Multi pueri maioribus lectorum volunt magis vituperare et dampnare quam emendare. 5us fuit quod de minimis possidet magna curam. Bovem et asinos curabant de hominibus non curabant. 6us fuit amor vane glorie quem in manifestabant primos recubitus in cenis et primas cathedras in sinagogis. ¶ 3º quod salvatoris potentia sapientia et bonitas in hoc evangelio ostenditur. Potestas in ydropici curatione. sapientia in hoc quod cogitationes eorum. bonitas in hoc quod observatores suos instruxit proposita parabola de humilitate. Et nota quod phariseis observabant salvatoris potentiam sapientiam et bonitatem. Potentiam quando dicebant. In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. Sapientiam quando miserunt discipulos suos ut caperent eum in sermone. Bonitatem quando adduxerunt mulierem deprehensam in adulterio. Ioh. 8. Et salvator eos confundebat eorum observationem. Per potentiam ydropicum miraculose curando. per sapientiam eis questionem proponendo. per bonitatem verbum instructionis suis observatoribus impendendo. ¶ 4º nota quod phariseis quod sicut ydropicus fuit in corpore. pharisei in mente gestabant. et coram ipsis curavit infirmitatem corporalem ut ipsi adverterent quod spiritualiter curarentur. ¶ 5º nota quod multis gradibus ascendit quis superius pro mundum contempnendo. Ad Phil. 3. 2º carnem spiritui subiciendo. 1ª Cor. 9. Castigo corpus meum etc. 3º animum ad sui considerationem colligendo. Ier. 31. Statue tibi speculum pone amaritudines etc. 4º statum perfectioris assumendo. Mt. 19. Estote perfecti etc. 5º superna contemplando. Ysa. 58. Sustollam te super altitudinem terre et ab. etc. 6º superna apprehendendo. quod vere implebitur quod hic parvo dicitur ascende superius quo nos ascendere concedat qui sine fine vivit etc.

Audientes pharisei quod ihesus silentium imposuisset saduceis. Mt. 22. Ut dicit Iosephus in hystoriis tres erant secte inter iudeos ab aliis divise. scilicet pharisei saducei et essei. Pharisei ab aliis erant divisi quoad habitum quia in fronte et in brachiis cartas in quibus erat decalogus descriptus portabant. quem dicebant phariseis a phisare quod est servare et ostendere legem. Habebant et in fimbriis palliorum spinas alligatas quarum cum sentirent punctiones mandatorum dei memores fierent. Et sic ab aliis divisi erant pharisei a phares quod est divisio dicebant. Alii erant saducei qui ab aliis differebant quoad doctrinam quia ipsi resurrectionem negabant animas cum corporibus interire credebant qui libros moysi solum recipiebant. Alii erant essei qui ab aliis differebant in vita et modo vivendi quia fere monasticam vitam ducebant. coniugia vitabant. omnia in communi habebant. De duobus primis facit scriptura mentionem. ¶ Et est in principio hic notandum quod in hoc evangelio tres ponuntur questiones. Prima est quam fecerunt saducei. 2a est quam fecerunt pharisei. 3a est quam fecerat ipse Christus. De questione fecerunt saducei et si non sit posita hic in evangelio expresse tamen mencio eius ponitur in textu cum dicitur. Hic tangit cum dicitur quod cum ihesus silentium imposuisset saduceis. Ipsi enim saducei Christum voluerunt probare per mulierem 7 viros habentem resurrectionem non esse quia si non fieret tunc talis mulier post resurrectionem 7 haberet viros. Et Christus per suam responsionem eis silentium imposuit et tria spiritualiter determinavit. Primo quod in alia vita nulla erunt coniugia. Unde ait In resurrectione neque nubent neque nubentur. et 2º quod redditur Luc. 20. Neque enim ultra mori poterunt quia enim in hac vita multi moriuntur ideo multi nascuntur. Et quod nullus moreretur non esset necessarium quod alius nasceretur. 2º determinavit quod homines erunt similes angelis et equales. Unde subdit Sed sunt sicut angeli dei in celo. et Luc. 20. Equales enim angelis. Homines enim respectu angelorum tunc dicuntur minores et quantum ad carnem sunt adhuc mortales. Quando enim fuimus in carne corruptibili angeli nos comparantur et nobis ministrant. Post resurrectionem homines angelis erunt equales in officio laudandi quia in laudando deo cum angelis convenient. Erunt autem homines angelis maiores in quantum habebunt deum fratrem suum. Angeli tanquam dominum suum. Et in quantum habebunt virtudinem in visione humanitatis et totam plenitudinem divinitatis. Ad istam significandam legitur de angelis quos salamon in templo domini fecit. Primo quod erant de lignis olivarum. 2º quod alas habebant expansas. Per ista duo significatur quod in futuro homines sunt eis minores et corruptibiles angeli sunt eis compassibiles. Hoc significat quod erant de lignis olivarum. 2º quod alas habebant expansas significat quod parati sunt eis ministrare. 3º quod habebant manus elevatas ad modum iubilantium ad innuendum quod socii sunt hominum ad laudandum deum. 4º quod diversis vultibus se respiciebant. hoc significat quod stupent humanam naturam cum divina in unitate persone unita. ¶ 3º determinavit quod anime post mortem corporis vivunt dicens. Non est deus mortuorum sed vivorum. Istud autem gentiles et pharisei credebant. ¶ 2a questio est quam fecerunt pharisei de qua principaliter in evangelio est tractatum. Unde textus evangelii sic habet. Audientes pharisei quod ihesus silentium imposuisset saduceis convenerunt in unum et interrogavit eum unus ex eis legis doctor etc. Circa quod evangelium tria occurrunt breviter declaranda. quorum primum est phariseorum malicia ab omnibus detestanda. 2um est humilitas velut movens merito predicanda. 3um est principalis mandati dilectio iam rectum contemplanda. Primo post cum dicitur pharisei audientes etc. Audientes igitur de confusione saduceorum qui eis in secta dissimiles extiterunt. Audientes inquit gaudentes et gaudentes. Unde Christum de eorum confusione laudabant dicentes magister bene dixisti. Audientes in quod quod silentium imposuisset ihesus saduceis non

Esseri.

Non saduceorum.

Hic tamen determinavit.

3 determinatio.

Secunda questio.

Divisio.

Pars secunda.

Prima.

uitib3 quid dicut cō ei9 ↄfusione de arti lo ↄuois
conuenerunt ī unū sup phisei ⁊ saducei ut
essent concordes ī temptacōe dolosa qui tunc
erant ↄ̄ͣ̄ij in doctrina. Conuenerūt ut uin
cerent p multitudinē que rōe uince nō po
tant. Sicut sicut de herode ⁊ poncio pilato le
gim9 q ī diē illa concordiam fecerunt. sic
⁊ nūc de saduceis ⁊ phiseis inter se ↄ̄ris
legim9 q ad temptand xp̄m pari malicia ↄ
senserunt. Conuenerunt ei ī unū aduersus
dūm ⁊ aduersus xp̄m ei9. ps 2o. Et sicut uir
tus unita forcior est seipa dispsa ita malicia
unita intencior esse sat. sic declat gg. 33o.
moralium s illud Job 41o. Corpus ei9 sup behemoth
qi scuta fusilia compactū squamis se ptine
tib3. una uni coniungit ⁊ ne spiraculū quide
incedat p eas una adherebit alteri ⁊ te
nentes se nequaq separabunt. q oms iniq
ne ad se corripiend uerba puenunt. qi
cō aduersancium iacula scuta defensionū
parant. Et s paulo p9 una uni coniun
git ⁊ ne spiraculū quide incedat p eas iste
squame peccancium ne ab ore pdicanciū
aliquo uite spiraculo penetrent ⁊ obdura
te sunt ⁊ communicte quos ei consimilis reat9
sociat concordi ptinacia ⁊ defensio puisa
constipat ut de facinoribz suis alterna
se inuicē defensione tueantur. Qi ei quis
quis metuit dū aliū amoueri uel corri
gi cernit ⁊ idcirco cō corripienciū uerbo u
naniter assurgit qui se ī alterū ptegit.
Bene g° una uni coniungit q ī iniqui
tatibz suis dum uicissim sup ba defensiōe
ptegunt scē exhortōis spiracula ad se uul
latenus intrare puittunt quorum pestifera
concordiam adhuc subdit dicens. Una al
teri adherebit ⁊ tenentes se nuq separa
bunt. qui ei diuisi corrigi potant iniqta
tū suarum ptinacia uniti pdurant ⁊ tanto
magis quotidie ad cognicōm iusticie inse
parabiliores sunt quanto a se inuicē nulla
increpacōe separent. Nam sicut esse noxiū
sol3 si unitas desit bonis ita pniciosū est
si nō desit malis. puisos uti3 unitas cor
roborat dū concordat ⁊ tanto magis incor
rigiles quanto unanimes facit. Bene g° una
alteri adheret ⁊ tenentes se nequaq sepa
rabunt. q sic malicia uniti ab alio destruit
cō3 nigro bonorum initur. Sicut hic saducei
⁊ phisei ut xp̄m psequerent unanimiter conue
nerunt. Sic ⁊ multi hijs diebz quis inter
se dissideant ⁊ sint mali ī ueritatis destruc
cōe tū herode ⁊ pilato atq9 concordabunt. Sic
etei uulpes ⁊ coruus cū ad cadauer uene
rint sepe dissident pp abū ⁊ tū pugnando
cō taxonum qi natura mutuo se iuuant. Ro
⁊ mo° tirannū de rapina uiuentes sic corui
⁊ mundiales sapientes q sicut uulpes rca
scita nō incedunt q sunt curia ī assatis
spalium dextris cauribz ī angore spūlium sūt
longiores sep9 taxos ī sumpte rebellant mu
tuo ⁊ plus solito hijs diebz inimo ⁊ eos ta
de cauernis etciarum q patriarum hereditatum as
tuta pod sepe fugant. Tales cō xp̄m sepe
conuenunt sic phisei qui ut ait crisos9 omē
39 opis inpsfa phisei sunt os q cō ueri

tate contendunt q nō uerite defende cupientes
certant s3 subuertere festinant. uel nō defenden
tes ueritē qui defendere obligant. Vn s ↄ̄ᵃ
crisoⁿ9 ait suma po ī canoe u q3 nolite pro
solum pditor est ueritatis qui transgrediens
ueritate loquit mendaciū s3 ⁊ ille q nō libere p
nunciat ueritate qui libere pnunciare op3 ⁊
qui nō libere defendit ueritate qui libere defe
dere conuenit pditor ē ueritatis ⁊ oms tales
cū phiseis conuenunt cō xp̄m ¶ Sz hic sciend
dum q multi cō xp̄m conuenert solus tū uerba
uerba huit ⁊ hunc hic addit. Et interogauit
eū unus ex eis. Unus inq ⁊ nō oms ut si
ipse redargueret solus redargui uideret. Si
āū parte potiretur p babiliori oms tanq uic
tores laudes herent. Et hinc dicit crisos9 ubi
s. q phisei dicebant apud se. unus loquat
p omnibz ⁊ oms loquimur p unū ut si uince
rit oms uideam uictores. Si u uictus fuit
solus uideat confusus. Vn paulo p9 alloquit phi
seos dicens nobilit. O phisei qui omia pp hoi
nes facitis ⁊ cogitatis p gnitem uementes tū
uno uicti estis p unū ¶ Ulteri9 hic sciend q
unus ille clcs ad temptand nō erat qualis
cunq s3 legis doctor temptans eū ⁊ q erat le
gis doctor nō piubant xp̄m tanq secretorum le
gis ignarum non posse comitere io nedum inter
rogauit eū s3 temptauit. ideo dr. temptans
eū si forte eū capere poss3 ī sermoe ¶ Sz cō illd
ui esse qd dr mr 12. ubi lr xp̄m dixisse ipm
interrogantj q nō longe esset a regno. Sz ad
istud dicit doctor de lira q p° uenit mala inte
cōe cū alijs s3 psea audita xp̄i ↄfusione uera ↄ
sione approbauit dicens. Magr ī ueritate bn dix
isti. ubi dr mr 12o. ubi uidens xp̄s ei9 puiaz in
tulit pmissa uerba dicens. Non longe es a
rego dei ¶ Sz quid doctor legis quesierit a xp̄o
audiam9. Magr inquit qd est mandatum
magnū in lege. ubi s crisos9. magrm uocat
cui9 nō uult esse discipulus. nō scire desiderans
s3 temptans. O impliassim9 interrogator s3
malignissim9 insidiator. de magno manda
to interrogat q nec minimū seruat. Ille ei d3
interrogare de maiori iusticia qui ia impleᵗ mi
norē ¶ Sz hic sciend q quare de magno ma
dato legis magis interrogat q de alio. Respo
dens pt assignari p° q si yoibz minibz eū temp
tasset tanq ad friuola rndere noluisset. 2°
q doctorē de lira q phisei credebant q statī
rnderet de mandato prime tabule. nō hebis
deos alienos ⁊ tunc herent argutu cō eū de
mandato caritatis qd est maius ipa fide.
¶ Et ait illi ihc. Diliges dūm deū tuū ⁊c.
Ꝯ patent duo pncipalia notāda uz humilitas xp̄i ⁊
imocenti merito pdicanda ⁊ principal man
dati declaratū realiter contemplanda. hu
militas xp̄i patuit ī hoc q ipius cogsceret phi
saicam interogōm nō ex caritate s3 ex malicia
pcedere uoluit tū ad ei9 ⁊ aliorum informacōz sine co
tumelia rndere. Et notād q dixi humilitas me
rito pdicanda nō humiliacio q ipius humilitas
laude digna sit q est semp uoluntaria ac nō
coacta humiliacio tū sepe q inuite fit adeo
laude caret. Et hinc ait ber. ī flor c 19 hu
militas iustificat nos. humilitas inquit dixi
nō humiliacio quia ei humiliant q humiles nō

Ex° de uulpe coruo ⁊ taxo.

Crisos9

sunt. Alij cum eo humiliant. Alij parcent. Alij in
uiti. Primi rei. secundi mercenarij. primi eciam verbi
iusti. ¶ 2o notand quod tam humilitas merito predicatur
quam ut ait ibidem beda quasi florum et cetera. Magna et subli
mis humilitas que promeretur quod docet digna adi
pisci quod non valet digna adipisci a deo et de deo
concipere quod suis in verbis explicare non potest. So
la virtus humilitatis vel se caritatis fit separacio
et huius humilitatis exemplaris et declaracionis precepti ca
ritatis prius facta fuit commixtio. Sed pro precepti ca
ritatis magni magnificatione addit in 3a conclusione.
Diliges dominum deum tuum et cetera. Ubi primo docet superiorem
mandatorum diuinorum preeminenciam. 2o aliorum ab
alijs dependenciam. Ubi in hijs duobus manda
tis. Ubi primo indicat duo precepta caritatis omnibus
alijs preeminere. ¶ Circa primum huius textus declaracio
nem sunt uidenda. primo qualiter quod hic dicitur sit intelli
gendum. 2o quomodo a nobis preceptum sit implendum.
3o quid ad precepti conseruacionem mouendum sit in
predicacione propter populum proponendum. ¶ Circa primum sciendum
quod istud preceptum quatuor locis ponitur in scriptura. Deuteronomio
6. proponitur tria. diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitu
dine tua. Hic autem Matthei 22. dimittitur fortitudo et
additur cum duobus alijs. ex tota mente. Marci 12
ponuntur ista tria et additur quartum. ex tota virtute.
quod idem est cum illo Deuteronomii. ex tota fortitudine.
Et idem sensus habetur Luce 10. ubi ponitur ex omnibus
viribus tuis. Et sic patet quod ista quatuor sunt in hoc pre
cepto scilicet diligere deum ex toto corde ex tota mente
ex tota anima et ex tota fortitudine. Circa primum est
quod diligere est actus voluntatis. Duplex autem est
actus illius. Unus elicitus alius imperatus.
Actus autem elicitus est qui immediate egreditur
ab ipsa voluntate. et iste actus tangitur cum
dicitur. diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. id est
ex voluntate quia sicut ex corde oritur motus ad
omnes alias partes corporis. ita voluntas mo
uet ceteras partes anime. Actus voluntatis
imperatus autem est actus alterius potencie mote ad illum
actum per ipsam voluntatem aut formata caritate
mouetur intellectus ad attendendum hijs que sunt fi
dei et ad meditandum de deo dilecto. et iste actus
significatur cum dicitur. Ex tota mente. Ibi enim accipitur
mens pro intellectu. Ulterius mouet appetitus
sensitiuus quatenus conformetur superiori parti ra
cionis. quia sicut pars superior mouet inferio
res suo motu. ita voluntas appetitum sensi
bilem. ut habetur 2o de anima. et ille actus innuitur cum
dicitur. Ex tota anima. Per ipsam enim animam intel
ligitur pars sensitiua. secundum quod scribitur Genesis primo. factus est homo in ani
mam viuentem. id est vitam animalem corporis. dante
secundum glossam. Ulterius mouentur potencie motiue et exequ
tiue ad operandum cum dilectione et hoc notatur cum sub
ditur. ex tota fortitudine. Vel ex omnibus viri
bus tuis. quod idem est. et hoc est quod ait ille
ibi. diliges dominum deum tuum et cetera. Diliges
ergo non tantum cognosces. quia secundum Crisostomum. cognoscere deum
bonum proprium est nature humane. diligere ve
ro religiosi cordis et cetera. Diliges ergo non tantum ti
mebis quia diligere magis est quam timere. Meliora
tur cultura dei per timorem. docet enim vos deum ti
mere cum non diligeret. Timere enim seruorum est di
ligere filiorum. Timor sub necessitate dilectio sub li
bertate. Qui in timore deo seruit penam quidem
euadit. mercedem autem non habet. quia inuitus fecit bo
num. Diliges ergo dominum deum tuum ex toto corde

in sapienter contra suggestiones diaboli ne seducamur.
mur. ex tota anima. dulciter contra delectaciones car
nis ne alliciamur. Ex tota mente. fortiter contra
mundi pressuras ne opprimamur. Hec enim sunt
tria que precipue retrahunt ab amore dei. diabolus
caro et mundus. ¶ Vel secundum Augustinum. toto corde. id est
intellectu sine errore. tota anima. id est voluntate
sine contradictione. tota mente. id est memoria sine oblivi
one. Sic ergo anima que est in tribus potencijs y
mago dei. diligit diuinam essenciam unam in
tribus personis. ut mens referatur ad patrem
et ad filium voluntas ad spiritum sanctum. ¶ Se
cundum Ysidorum. toto corde. ut omnes cogitaciones
in deum reflectas. tota anima. id est omnes af
fecciones in deum conuertas. tota mente. id est omnes
sensus tui deo vacent. intellectus sapiencia cogita
cio memoria. Qui enim aliquid horum circa temporalia oc
cupat non tota mente deum diligit. ¶ Secundum
Hugonem. ex toto corde. id est deuocione quo ad vir
gines. tota anima. id est discrecione quo ad con
fessores. tota mente. id est perseueranciam et fortitudine
quo ad martires. ¶ Item tota mente. que ad con
templaciones quia inter mentem eorum et deum nichil est
medium. ex toto corde. quod est in contrario motu
quo ad acciones. Motus enim in accione est. Ex tota
anima. quo ad prelatos. Anima enim habet duplex
esse. scilicet esse commune et esse suum. Sic prelatus
debet esse communis correccioni per accionem et vacare sibi
per contemplacionem. ¶ Secundo. hoc est maximum et
primum mandatum. Ubi sciendum quod aliquid du
pliciter dicitur esse primum. Uno modo origine et sic
ista que sunt imperfecciora sunt priora in illis
que precedunt de potencia ad actum ut dicitur 9 methaphysice.
Alio modo dicitur aliquid primum dignitate seu perfec
cione. 2o modo mandatum de dei dilectione dicitur primum.
sed origine ut dicit doctor de lira dilectio proximi
antecedit secundum quod dicit Johannes prima canonica c. 4.
qui non diligit fratrem suum quem videt. deum
quem non videt quomodo potest diligere. Maximum est dicitur
mandatum de dei dilectione quia de deo est qui est
maioris dignitatis et potestatis. Vel quia est op
acio maxima et prime virtutis scilicet caritatis
prima Corinthiorum 13. Maior horum est caritas. Vel quia est
maxime et prime potencie scilicet voluntatis que secundum Augustinum
est domina anime. Vel quia ad maximum premium
ducit scilicet ad premium felicitatis eterne.
ad quod non in dei dilectione peruenitur. ¶ Sed quia
forte aliquis putaret dilectionem dei absque dilectione
proximi sufficere hoc remouet Christus implicite di
lectionem dei dilectioni proximi coniungendo cum ad
dit. 2m simile est huic. diliges proximum tuum sicut
teipsum. Ubi tria implicat scilicet actum. quia dili
ges. obiectum. quia proximum. modum. quia sicut
teipsum. Dicit ergo. Secundum simile est huic. Glosa
interlinearis. non par. sed simile. scilicet de homine qui ad dei
similitudinem factus est. Vel quia de actu simili. vel
de eodem quia de dilectione. Vel dicitur simile quia sicut
in primo mandato implet legem quantum ad man
data prime tabule ita in isto implet legem
quantum ad mandatum 2e tabule. nimirum qui
proximum diligit legem impleuit. Ad Romanos 13. Cum
dicitur secundum non est ordo in quantum ad mate
riam. que est deus et proximus. Unum est preceptum
de dilectione. Nomine vero proximi intelligitur omnis homo.
¶ Est enim ratio proximitatis quia est proximus na
tura qui eandem habet naturam cum alio secundum quam
homo differt ab animalibus. Non enim omnia anima
lia ab uno sicut omnes homines ab uno sunt.

Aug^us. De dilectione dei.

Ysidorus.

P^us de dupl[ici].

¶ E
De dilectione proximi.

Huic quia de re simili

Item proximus hereditatis cum eadem hereditas promittitur ei ut filio scilicet quam dicit ho a renovibus quia ab ista hereditate omnino exclusi sunt nec possunt ad illam pervenire. Item proximus vinculo vel lege scilicet quod eadem vel lege ligantur omnes sic omnes ligantur quoniam per huius incarnationis scilicet quod dicit hic ab angelis. Hebr. 2o Nusquam angelos apprehendit sed semen abrahe &c. Diliges dominum proximum tuum sicut teipsum i. omnem hominem qui ut dicitur est proximus tuus. Sicut teipsum. Contra magis dicitur homo se diligere quam proximum. Triplex modus diligendi proximi attenditur per triplicem causam. Primo per causam finalem. ut diligat propter deum. 2o per causam materialem. ut diligat eius bonum non malum. 3o per causam formalem ut ordinate diligat ad deum et temporalia. 4o scilicet causam efficientem sive moventem ut quod ho non quia pater tuus vel filius vel domesticus vel amicus et isto modo diligere seipsum. Et tunc ad obiectum dicendum quod luy sic non est modo equalitatis sed similitudinis. ¶ Vel scilicet Jan. dicit homo seipsum diligere per veritatem ut diligat se propter veritatem quod bonus est vel ut bonus sit. Eodem modo dicitur diligere proximum. Aug. de trinitate qui amat homines aut quia iusti sunt aut quia iusti sunt debet amare. Et sic seipsum debet amare aut quia iustus est aut quia iustus fiat. 2o ordinate ut non diligat se sicut deum aut contra deum sed deum super omnia diligat. post ea animam suam post corpus suum et vltimo res suas exteriores. Sic et proximum non debet diligere sicut deum nec contra deum sed deum super omnia diligat. deinde in ipso diligat spiritualia bona. deinde bona corporis. deinde exteriora bona. Cant. 2o Ordinavit in me caritatem. 3o efficaciter se diligat ut sibi bona procuret et mala evitet. Sic et dicitur diligere proximum Joh. 3o Non diligamus verbo sed opere et veritate. 4o perseveranter. Nullo enim tempore desinit homo seipsum amare. Eodem modo dicitur proximum diligere. 5o prosperitatis tempore et adversitatis. Ex hijs patent duo premissa scilicet quid hoc preceptum est et quomodo a nobis implendum. ¶ Restat 3o notandum scilicet quod movet nos ad precepta implenda scilicet Jan. quantum ad dilectionem dei. 4 principaliter nos movent que movent naturaliter ad diligendum scilicet pulchrum bonum honestum sive utile delectabile. Primum quod movet est pulchrum. Dionisius. Omnia bona et pulchra desiderant. In deo autem est summa pulchritudo et ideo est summe diligendus. Sap. 9. Candor est lucis eterne et speculum sine macula. ymago bonitatis. Ubi ista tria dicuntur scilicet quod sit candor lucis. speculum puritatis et ymago divine bonitatis. In christo quidem sunt tres substantie scilicet caro anima et divinitas. Caro eius fuit candida et lucida quia de purissimis guttis sanguinis beate virginis generata. Anima eius fuit ad dei imaginem creata et omni bonitate repleta. Divinitas fuit speculum sine macula quia in ipsa relucent omnia preterita et futura et verba et facta et corda. De ista pulchritudine dicit aug. de libero arbitrio. Tanta est pulchritudo iusticie tanta est iocunditas eterne lucis ut etsi non liceret in ea amplius quam unius diei mora vivere propter hoc solum

innumerabiles anni huius vite pleni delicijs et circumfluentia bonorum temporalium recte merito contempnerentur. 2m quod movet ad diligendum est bonum ut patet sicut in auctoritate dionisij. In deo autem est summa bonitas et ideo summe diligendus. Aug. de trinitate. Cum ista non diligantur nisi bona putentur et non amare ipsum bonum unde bona sunt et vivendo. De eius bonitate sic dicit damascenus. Bonus et omnibonus et superbonus totus existens bonitas propter superhabundantem bonitatem non sustinuit solum esse quid bonum sed suum participem nulla a nullo participata. Ista autem bonitas est valde diligenda. Homo est bonus sed non omnibonus i. non ex omni parte bonus quia multum habet carnis. Angelus est bonus et omnibonus sed non superbonus quia habet bonitatem per se bonitate dei. Licet angeli sunt omniboni non tamen sunt sua bonitas quia non habent bonitatem essencialem sed accidentalem quia possunt eam perdere et tamen angeli remanent sicut patet in angelis malis. Bonitas autem est ita essencialis deo quod non potest eam perdere quia sicut non potest perdere ignis suum calorem sic nec deus sua bonitate. Quia ergo deus sic est bonus et bonum est sui communicativum ideo suam bonitatem creaturis communicavit. alijs dans esse. alijs vivere. alijs sentire. ¶ 3m quod movet ad diligendum deum est honestum. Est enim honestum quod sua vi trahit et sua delectatione allicit. In deo autem est summa bonitas et summa honestas et ideo summe diligendus est. Eccl. 1 Innumerabilis honestas per manus illius. Est enim in deo summa delectatio que nos allicit. ps. Delectationes in dextera tua usque in finem. Est summa honestas que nos attrahit non volentes cogendo sed alliciendo. Joh. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater &c. Et supponuntur tria exempla. Primum scilicet aug. ovis trahitur ad ostensionem virge et rami virentis. sic anima attrahitur desiderio divine visionis. unde illud. Sitivit anima mea ad deum fontem vivum. Puer trahitur ad ostensionem nucis. Sic anima debet trahi ad ostensionem et promissionem glorie celestis. que intus habet dulcedinem divine visionis sed quasi durum corticem penitentie. ut ibi. Agite penitentiam. Ecce cortex exterior. Appropinquabit enim regnum celorum. Ecce nucleus interior. Item pellipariis trahit hominem ad emendum per pellium ostensionem non tangendo sed alliciendo. Sic et deus trahit animam ostendendo celum stellatum tanquam pellem variam et depictam. ps. Extendens celum sicut pellem. 4m quod movet ad diligendum est similitudo. Eccl. 13. Omne animal diligit simile sibi. Inter ipsum et nos 3a similitudo comparatur. Christus enim similis factus est nobis racione suscepte carnis. phil. 2o et nos debemus esse ei similes racione imitationis. ad eph. 4. Ipse vero et nos sumus similes racione ymaginis sed tamen differenter quia sic dicit glossa super illo ad col. 3. que est ymago dei invisibilis. ymago regis aliter est in filio aliter in nummo. Nos sumus nummus christus vero filius. 5m quod movet est utile. Homo enim sepe amicum diligit propter utilitatem quam se habere credit. christus vero tanquam verus amicus est diligendus quia ab ipso utilitatem accipimus in vita et in morte et post mortem. Primo in vita dilectores suos ditat spiritualibus delicijs

Modus diligendi proximi attenditur per 4or causas.

Jan. Diligere dicitur homo seipsum &c.

¶ Restat ad diligendum deum 4 movent.

Pulchrum. Dionisius.

Anima.

Divinitas.

Aug.

s(icut) in morte custodivit ab insidiis hostium et morte suscepit in gloria sua. Et quod movet ad diligendum deum est delectabile. Naturali vero homo diliget in qua anima delectatur. In deo quod est summa delectacio in presenti vita. Tamen delectaciones sanctorum que sunt in deo sunt imperfectorum admixtiones et interrupte. Hoc signatur 3 Reg. 17. Ubi dicitur quod deus pascebat Heliam mittens ei carnem mane et vespere. Bibebat tamen de torrente. Tandem illa refectio deus subtraxit ita quod vix modicum panis et aque habebat. Habent quod spirituales delectaciones et imperfecciones in hac vita. Et notandum quod ista refectio non fiebat meridie sed mane et vespere. In meridie est perfeccio lucis et caloris et signat refeccionem bonorum qui sunt in plena luce cognicionis et pleno calore amoris. In mane autem et vespere est lux et calor set imperfecta et signat refeccionem sanctorum qui sunt in via qui habent imperfectam cognicionem et imperfectum amorem. Ad Cor. 13. 2o. consolaciones sanctorum habent admixtionem quod sepe admiscentur a carnis corrupcione vel a diaboli temptacione vel mundi persecucione. Hoc signatur per hoc quod bibebat de torrente. 3o eorum placaciones sanctorum habent interrupciones quod sepe subtrahuntur vel ut amplius humilientur vel ut fervencius desiderentur vel caucius conservent. Hoc signatur per hoc quod deus cibum Helie subtraxit. Et hec dicta sunt de dileccione dei. ¶ Set consequenter ad dileccionem proximi est sciendum quod Aug. li. 2 omelie inquirens que sit ista dileccio de qua dicitur est <u>diliges proximum tuum sicut teipsum</u>. Quatuor dilecciones distinguit. Prima carnalis que est inter virum et uxorem et ista licet sit licita tamen non est meritoria de se quod in brutis animalibus invenitur. Passeres inquit coniugia habent nidos faciunt ova confovent pullos nutriunt. Quamvis tamen de se non est meritoria potest tamen fieri meritoria quando vir diligit uxorem vel uxor et diligit deum in uxore et tunc reducitur ad hoc preceptum <u>diliges proximum tuum sicut teipsum</u> id est ad graciam in presenti et gloriam in futuro. Ephes. 5. Viri diligite uxores vestras sicut Christus ecclesiam. 2a est dileccio naturalis qua pater diligit filium et ista licet sit licita de se tamen non est meritoria. Unde subdit Aug. Non magis laudaturus in homine quod video inter serpentes et lupos. Serpentes et lupi amant filios suos. Non est laudandus qui filios non amat. Si filios amas serpentibus comparaberis. Si non amas a serpentibus vinceris. Potest tamen hec dileccio fieri meritoria quod si pater diligit filium quod bonus est vel quod bonus sit et tunc ei non solum filium sed deum diligit in filio et tunc reducitur ad istud preceptum <u>diliges proximum tuum sicut teipsum</u>. Ephes. 4o. Nolite ad iracundiam provocare filios vestros sed educate eos in disciplina et timore domini. 3o est dileccio socialis sive consuetudinis qua tolerant ex consuetudine cohabitandi et conversandi que licet sit licita non tamen meritoria quod est in animalia. Unde subdit Aug. Equi qui simul manducant desiderant se videre. Ad aliam dicit procedit unus festinat alter vix agreditur a sessore et tamen diu impetu suo se provocat donec ad amicum perveniat quo cum pervenit quiescit in loco suo requiescat. Quamvis ista dileccio de se non sit meritoria potest tamen fieri meritoria quando quis diligit amicum suum quod bonus est vel ut bonus sit. Tunc enim solum diligit amicum ut amicum si deum diligit in amico et tunc talis dileccio reducitur ad istud preceptum. De dileccione proximi et de tali amico dicitur Eccl. 6. Amicus fidelis medicamentum vite et immortalitatis qui metuunt deum invenient eum. 4a est dileccio racionis qua quis diligit alium propter suam virtutem et bonitatem et ista non potest esse in animalibus que racione carent quod animalia non diligunt propter bonitatem et virtutem et ista est dileccio meritoria de qua datum est preceptum <u>diliges proximum tuum sicut teipsum</u>. Tullius. Nichil virtute amabilius nichil quod magis alliciat ad diligendum quam ipsa propter bonitatem et veritatem et nos quos vidimus diligimus. Ad hoc dileccionis mandatum servandum nos invitans Ver. li. Flor. c. 21. ita scribit. Si veritatis discipulos nos esse probemus diligamus invicem et in dileccione sollicitudine vigilemus quod deus caritas est et omni sollicitudine illi debemus id est ut nascatur ut crescat vel servetur. Nascatur si ab aliis inimicum si potum dederis ei quod hoc faciens carbones ignis congeries super caput eius. Carbones ignis opera sunt caritatis que congeruntur super diabolum quod est caput omnium iniquorum. Et ablato eo nascitur ei caput deus qui est caritas. Crescat si necessitate paciente subvenias vel volenti mutuare prestitis vel amico amicum tuum adiungas. Servatur si loquendo vel cohibendo et que non videntur nec amicorum voluntati satisfeceris. Servatur et augetur bono vultu dulci sermone hillari opere ut caritatem quam vultus et sermo indicant prima et hillaris opera confirmet. Quod exhibicio operis probacio est dilectionis. ¶ Set hic queritur cum legis doctor Christum temptans de uno mandato solomodo consuluit dicens quod est mandatum magnum in lege quomodo pertinenter respondit Christus addens vel quod querebat dicens. 2m simile est huic etc. Ad hoc dicitur quod istud fieri vel factum fuisse verisimile est ut ostenderet Christus quod mandatum de dileccione dei mandato de dileccione proximi sic adheret quod unum sine altero impleri non potest sicut patet supra 1o 2o. Et hinc dicit Crisost. quod veritas omnium mandatorum una est et omnia unum esse videntur quod ita se coherent quod unum sine altero esse non possit. Vel potest dici quod Christus summe sapiens ita responsionem suam temperavit quod simul et scilicet ita sufficienter ad interrogata respondit quod infirmitati consciencie interrogantis medicinam prestavit et ut eius infirmitatem muniret. Dixit etiam quod secundum mandatum fuit <u>diliges proximum tuum sicut teipsum</u>. Quasi diceret interroganti quid de maximo mandato inquiris et minus observas. Cum enim me proximum tuum sic teipsum diligere debeas in proximis tuis sum tamen maliciose contra me insurgis. ¶ Set quod forte contra premissa obicere possit per hoc quod si propter coherenciam mandatorum Christus respondendo secundum mandatum addidit per hoc idem ut videtur decem mandata addidisset. Ad istud respondit Christus dicens hic. <u>In istis duobus mandatis tota lex pendet et prophete</u>. Quia enim in speculativis omnes conclusiones pendent ex hoc principio de quolibet dicitur affirmacio vel negacio etc. sic in operabilibus omnia dependent ex dileccione

Dileccio racionis.

Ver.
Qualiter fiat caritas.

¶ 3. Qo.

Q8.

Crisost.

Co.

Fno.

dei principaliter ex dilectione christi consistere. Et hinc est quod omnia mandata legis et monitiones non sunt nisi quedam explanationes istorum duorum mandatorum quia omnia ordinantur ad dei dilectionem et proximi. Mandata enim prime tabule non sunt nisi declarationes illius precepti diliges dominum deum tuum. Si enim quereret aliquis quomodo diliges dominum deum tuum in preceptis prime tabule declaratur. Sic enim diliges quia non facies tibi deos alienos id est nullam rem preter eum tamquam deum colas. nec tu sicut eum diligas. Nec sumas nomen eius in vanum id est non iurabis inutiliter nec sine necessitate per nomen eius. Sabbatum sanctificabis id est tempus cultui dei precipue deputatum in sanctis operibus occupabis. Sic et omnia alia precepta secunde tabule ad dilectionem proximi pertinent manifestissime sicut patet sigillatim ipsa consideranti. Finis breviter omnis legis rationalis humanitus inventa edita fuit ad movendum homines ad diligendum et ad ostendendum qualiter dominus celi debeat diligi. Vel ad sedandum lites inter homines vel ad fovendum pacem et unitatem. Quidam male utentes legibus litem foveant nimis sepe et hinc discordie accensores tamquam contra omnem legem agentes potissime puniuntur. Si enim in unitate potissime salus cuiuslibet pollicie consistat patet quod discordia omnis pollicie est destructiva. ¶ Sed quoniam quod ipsi fecit christus phariseis postea hic consequenter annuntiatur. Congregatis phariseis interrogavit eos ihesus dicens. quid vobis videtur de christo. In qua quoque duo principaliter ostenduntur. primo phariseorum infidelitatis reprobatio et sic vere fidei declaratio. 2o eorundem finalis confutatio. Ibi nemo poterat respondere illi. Primo sciendum quod pharisei credebant christum puram creaturam fore et non deum. quem ut ait Crisostomus operis imperfecti omelia 39. iudei estimantes hominem christum temptabant. nec eum temptassent si eum dei filium credidissent. Volens ergo eis christus ostendere quia cognoscebat fallacias cordis eorum. et quia non erat homo purus quem temptabant sed deus quem nemo potest temptare. nec dicere poterat manifeste veritatem nec tacere. dicere enim non poterat ne occasionem blasphemie invenientes iudei insanirent. Tacere autem veritatem non potuit quia ad hoc veniat ut veritatem annuntiaret. ideo talem interrogationem eis proponit ut eo tacente interrogatio eius ostenderet quis esset. et hoc est quod hic ponitur. phariseis congregatis interrogavit eos etc. ¶ Deinceps doctor de lira dicit hic quod pharisei et legisperiti cognoverunt in principio ihesum esse verum messiam et per consequens deum et hominem. Et consilium suum ponit super illud Mt. 21 hic est heres etc. Ubi movet tale dubium utrum videlicet iudei cognoverunt ihesum nazarenum esse christum et arguit ad partem negativam per tres auctoritates scripture videlicet per illud primo Cor. Si enim cognovissent numquam dominum glorie crucifixissent. Et per illud Act. 3o Scio fratres quia per ignoranciam fecistis sicut et principes vestri. Et per illud Luc. 23. quod christus dixit illis in cruce parce ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Ad oppositum pro veritate dubii arguit idem doctor sic per illud Joh. 15. Nunc autem viderunt et oderunt me et patrem meum. Et per illud

dicitur Mt. 21. Ab agricolis significantibus iudeos hic est heres. venite occidamus eum. Et per ista similia conformiter Crisostomus super Mt. super illo Mt. 23. Ve vobis scribe et pharisei qui clauditis regnum celorum. Ubi sic scribit Crisostomus Vult deus ostendere sacerdotes iudeorum omnia avaricie causa facere quia per scripturas quidem cognoverunt adventum christi et considerabant quod si ipse creditus fuisset christus consuetudo sacrificiorum offerendorum fuisset extinguenda et sacrificium iusticie volituri sicut de utroque testatur propheta dicens. Afferte domino gloriam et honorem tollite hostias et introite in atria eius. Quo contra universa interpretatione autem conspectu domini populo claudebant ianuam legis et prophetarum qui de adventu christi manifestissime erant locuti ut a christo filii hominum separarent. timentes ne forte christo credito ipsi sacrificiorum oblationibus fraudarentur. Magis enim cupiebant ut lege manente in usu essent sacrificia quibus ipsi ditabantur non deus quia lege cessante ea que erant de necessitate salutis ut precepta decalogi et huiusmodi que deerant sacri ab omnibus scilicet subtilitate scripturarum et dictis prophetarum ignorantes. Unde cum christus esset verus homo propheta sicut per deum in unitate suppositi dicant aliqui quod verum est ad hoc minores populi iudeorum non cognoverunt ihesum esse christum nec quantum ad humanitatem nec quantum ad divinitatem quia licet cognoverunt eum esse hominem verum tamen non cognoverunt eum esse prophetam qui erat a deo promissus sicut christus. Cuius ratio est quia ignorabat scripturas que loquuntur de divinitate et illas que loquuntur de terminatione temporis et de figuris sui adventus. Sed maiores cognoverunt eum esse verum prophetam a deo promissum et missum quia sciebant loquentes de tempore adventus sui et signis que omnia viderunt in eo impleri. Non tamen ut dicunt isti cognoverunt eum esse deum. et secundum hoc dicit apostolus quia si cognovissent numquam cognoverunt eius divinitatem. ¶ Sed contra istam rationem replicat doctor de lira per hoc quod sicut scripture de tempore adventus sui videlicet Dan. 9. de ebdomadis abreviatis et signis sui adventus sicut est translatio regni ut Gen. 49. et de modo adventus eius in paupertate et humilitate ut Zachar. 9. ita expresse vel expressius loquuntur scripture prophetarum de eius divinitate Jer. 23. Ecce dies veniunt et suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum israel et domum iuda in diebus illis germinare faciam ad germen iustum et faciet iudicium et iusticiam in terra. et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Ubi autem ponitur dominus iustus in hebreo ponitur nomen domini tetragrammaton. quod nullo modo potest dici de aliquo nisi de deo vero. ¶ Cum igitur ista auctoritas secundum omnes doctores hebraicos exposita sit de christo sequitur ipsum esse verum deum. Item ysa. 9 dicit Parvulus enim natus est nobis et filius est nobis cuius imperium super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis deus fortis princeps pacis que auctoritas secundum hebreos intelligitur de christo. et in ea fit expressa mentio de eius divinitate sicut de humanitate. ¶ Sed redeundo ad textum Congregatis autem phariseis qui ad temptandum venerant interrogavit eos dicens. Cyprianus interrogavit de illo quem credebant esse venturum quem presentem nolebant credere. cuius filius esse deberet et hoc est quid vobis videtur de christo id est messia in lege promisso cuius filius est Dicunt ei david. sicut illud psalmi De fructu ventris tui etc. quomodo ergo david vo

Mandata prime tabule

Mādata 2e tabule

Finis eius legis positive

Contra advocatos

¶ 3 questio principalis

Crisostomus

Lira

Ihesus est messias

uocauit eu dñm dicens. dixit dñs dño meo sede etc. Hic
subdr obiectio xpi concludens in xpo veritatem diuine
nature. Si ille pr filium qui trahit naturam solam
ab ipso testatur dñm suum ipsum. Quomodo dd vocat eum
dñm. q. no solam sz naturam quam traxit ab illo
sz alacre f ipm d dñs eius. 2o ex illa arguit
ibi Si g dd. & hoc e qd ait illis. Si x e purus
ho ex semine dd ut creditis. quo dd e occul
ta sapie diuine manifesta sunt in spu pphico vocat
eum dñm dicens in ps. Dixit dñs dño me
o etc. Ipi sic exponunt dixit dñs i. creator
celi & terre dño messie. sede etc. pz g q f veri
de solo xpo intel q & fuit filius dd f humanitatem
dicat g dd. Dixit dñs s ds pr. dño meo. i. xpo
filio suo cui dicit e equalem s filium gnare. q dño
meo nō f q de semine meo tpaliter homo factus est.
sz f q prius eternus filius. Sede a dextris meis. i.
in equalitate mea f q ds. vel in potioribus bonis
f q homo p omnibus creaturis. Donec ponam.
nō q postea nō sedeat q sp sedebit f illud ma
io. & nō cognoscebat ea donec pepit filium nō q p ea
cognouit q nunq cognouit. Inimicos tuos sca
bellum pedum tuorum. i. donec omnes rebelles tibi sub
iugabo. vel bona & voluntaria subiectione. s.
ut credant te verum deum & hominem sponte vel co
acta subiectione ut in die iudicij puniant & credat
inuite. Si g dd vocat eum dñm f veritatem quo filius
eius est supple tuum. cum filius ppagatione subiectus sit pri.
Et nemo poterat rndere ei verbum nec ausus fu
it quisquam illa die eum amplius interrogare. pp
consimiles confutationes q irrefragabile erat ar
gumentum eorum. Confutati sermonibus vlterius non
interrogauit. sz aptissime comphensum rone t
dunt pitati. Ex quo intelligimus inuenia in
de posse se quidem supari sz difficile quescere

¶ posse.

Ascendens ihc in nauiculam transfretauit mare etc. m. 2o
luc. 9. m. 10. Secundum sunt 3 qui sermone p̄o ds omnia creauit in pn° satis munda set
abusu eius vtenciu vel inhitancium facta sunt in
munda. Sz eadem xps voluntarie emundauit
Terra quidem munda fuit p effusionem sang
uis innocentum. sz xps eam emundauit p tactum
pedibus ambulando. Aer fuit immundus incenso
idolis exhibito sepius violatus. sz ob hoc mun
dator xps nō sub tecto sz in aere pati voluit. & sic
aere expurgauit & p aerem in celum ascendit.
Ignis & immundus fcs est ex idolorum hostijs cre
matis sz xps hunc mundauit qui spm scm in
specie ignis misit. Aqua & immunda fca e ex
hostijs nephandis in ea ablutis sz xps hanc
mundauit qui in iordane baptizatus fuit & qui
p mare ambulauit. vel sicut hodie legitur qui p
nauem xps transfretauit cum d. Ascendens ihc in
nauicula transfretauit & venit in ciuitatem suam.
In quo passu sunt 6 consideranda. quorum p̄m est
modus viatoris. 2m est locus hitoris. 3m est grauis in
firmitas in curando. 4m e debita sedulitas in me
dendo. 5m est in medico curante nimia mag. 6m e
in scribis circumstantibus detestabilis blasphemia.
7m scribarum blasphemancium sufficiens confutatio.
8m a turba circumstante deuota collaudatio. ¶ P
q scribe in pn°. Ascendens ihc in nauicula. Ascen
dens inquit de terra genazareth in qua demonia
eiecerat & in porcos ire pmiserat. Ascendens in
q in nauicula. Nauigio autem transire voluit
potens pede transire. ne si sup aquam pedibus am
bularet putaret corpus fantasticum & nō verum cre
deretur assumpsisse. Vnde dicit De fi. voluit cum
terre se assumpsisse naturam infirmitatem ut sua
nobis conferret virtutem. Nauicula autem ista sigt
pniam vel religionem. sz q de nauem put sigt
pniam dcm e s omne. ¶ Ideo nouā f iam
q religio hic p nauem intel pp tria. In qualibet
religione principalia s pp paupertate obedi
a & continencia. In naui cum cibus vel potus
non requirit delicatus sz ncciis. Sic in relio
ne debite conseruata nō lauta f ncci appe
tunt abaria q voto conueniunt voluntarie
paupertatis. p thess vlto. habentes alimenta &
his quibus tegamur contenti simus. 2o in naui
sunt omnes obedientes gubernatori & licet in ea
sint magni dñi tn in nauis regimine non
dedignant subdi pauperi gubernatori. Sic re
ligionem pfessi debent suis platis voluntarie
obedire. & si eos virtute scia vel gnere antecel
lant. 3o si nauis vacua sit vacillat si nimis
onusta submergitur sz mediocriter onerata stabili
tur. Sic religio si nimis arta fuit suos de
primit pfessores. Si nimis laxa effrenos
efficit & petulantes. Si a moderata via
ambulat regiam. nec p dextram psperitatis
nec p sinistram aduersitatis a bono pposi
to reuocat. ¶ hugo de sco victore in expoe
regule sancti aug. qui carnem suam vltra modum
affligit ciuem suum occidit. Si plus q
expedit alimentis reficiat hostem suum nu
trit. Ideo nutrienda est caro ut seruiat & do
manda ut nō supbiat. & ista ad votum co
tine ptinent manifestissime. In ista naui
culam xps in suis membris ascendit. qm relio
si ne a mundi voluptatibus submergant
approbatam reliōz iuridice pfitent. ¶ Sz no
tand q xps nauem nō solum ascendit sz & tras
fretauit. i. transfretum qd e mare nauigando
trasiuit. In q e datur exemplum reliosis q mare
hoc mundi transeant & nō in eo pmaneant in
tpalibus vicijs. vel carnalibus delicijs pedes
anime i. affectiones affligendo. ¶ Vlterius e sci
end q xps nedum transfretauit. sz & venit in
ciuitatem suam. ad literam Capharnaum. vt pz
3m notatum vz locus hitois. Dicebat et ca
pharnaum ciuitas xpi. nō q in ea natus fuit
sz in bethleem. nec in ea nutritus fuit sz in naza
reth sz q in ea sepius moram traxit. Sunt ciui
tates xpi spiales sunt due bethleem vz pp natiuitate
Nazareth pp nutricionem. & capharnaum pp co
hitacionem. Interptatur et Capharnaum ciuitas
consolacionis & sigt ciuitatem celeste ad quem p
nauem pnie & relionis possumus puenire
qd e innuit in ho q transferendo venit in ciui
tatem suam. Ad qm cum peruenisset offerebant
ei paraliticum iacentem in lecto. In q passu
tria 3m q 4m includunt. vz grauis infirmitas in
paralitico curando. & debita sedulitas in mede
do. & in eum offerentibus vera fides. Grauitas
infirmitatis pz nō solum ex hoc q erat pa
liticus sz q iacebat in lecto. nec ei poterat pe
dibus ambulare ¶ P cuius declaracione sciend q
paralisis e morbus grauis qui tria mala cau
sat. s. tremorem immobilitatem & insensibilitatem.
Et pt morale paliticus iste sigt quemlibet pcto
rem delicijs carnalibus assuetum. In tali ei
tremor est dum nō audet pniam assumere
salutarem. Secundo ei pt homines delicijs

De fi.

Ieui.

hugo.

Paliticus tria mala sequit.

mora.

Phisi.

assueti mortuos se credunt si ab huiusmodi de
liciis assuetis abstinent. gen. 25. Et morior
dixit esau et quid mihi proderunt primogenita
mea. De talibus et ipso dicitur. trepidaverunt
ubi non erat timor. Legitur gen. 4. quod deus posuit
signum in cayn ut dicitur in scolastica historia
istud signum fuit tremor capitis per quod ostende
batur quod abiectus erat a deo. ergo et ille a deo re
probatur qui ad bonum operandum timidus est. Legitur de
natura animalium quod ceruus habet cor timidum
sed comedit herbas medicinales quarum virtute
cor eius confortatur et ossibus cartilago in eius
corde generatur. Iste herbe medicinales sunt pas
siones domini que licet fuerunt amare sed nobis sunt
medicinales etc. Medicina omnium in festiva
te nebule. Corpus enim christi fuit nebula quia nullo
peccato gravata pondere peccatorum. Ab hac emana
uit riuus sanguinis et hoc in festivacione sue
iuuentutis. medicina ergo istarum passionum con
fortat ad aggrediendum ardua. Ber. mirabi
lis passio tua domine ihesu [illegible] est omnibus
peccatis nostris et nulli umquam insistenti inuenit
inefficax. Greg. si passio christi ad memoriam reuocetur
nichil est quod non equo animo tolleretur. ¶ 2m
malum est immobilitas quia caret motu
Sicut enim paraliticus ambulare solet aut
penitus subsistit aut retrocedit aut unum
passum ad dextram alium ad sinistram facit
tales sunt hodie prelati de quibus dicit
aug. de cantico novo. Tria sunt genera hominum quos
odit deus scilicet remanentes retrocedentes et abeun
tes. Qui non proficit remanet. qui a bono propo
sito declinat retro abiit qui fidem deserit a
via errauit et subdit aug. Remanentes ergo
sunt excitandi. retrocedentes reducendi. et
abeuntes in viam reducendi. Primi ergo sunt
qui subsistunt scilicet tepidi et negligentes. Ber.
In via dei non progredi regredi est. Ambrosius.
Aque stantes putrescunt. Aque stantes sunt
negligentes qui ignavia et torpore marcescunt.
2 cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam
dei recipiatis. In vacuum gratiam dei recipit qui
in ea non proficit. 2 sunt hii qui ad peccata rede
unt isti sunt similes uxori loth que quia retro
aspexit in statuam salis in via conversa est gen.
19. [illegible] conversa est in statuam salis amisit sen
sum et motum. quia omnes tales perdunt merita
que acquisierant vel sensum sibi [illegible] vel mo
tum operis [illegible] conversa est in statuam sal
tamen [illegible] quod aliis condimentum prestat [illegible] aliis
[illegible] ne ipsi retro aspiciant [illegible] remansit
in via datur intelligi quod ipsi aliis viam demon
strare possunt sed ad patriam pervenire non possunt. 3
sunt qui errant modo declinando ad dextram pro
speritatis per intemperanciam modo ad sinistram
adversitatis per impacienciam. Legitur 1 regum 6
quod vacce que portabant archam dei ibant mu
gientes non declinantes ad dextram neque ad
sinistram donec venirent bethsames. Ille
ergo [illegible] qui non declinat amore alieno a via dei declina
re donec veniant bethsames. id est ad domum
dei quia bethsames interpretatur domus solis.
¶ 3m malum est insensibilitas quia caret sen-

Tales enim licet mala non sentiunt. primo diabolicas
temptaciones et hanc insensibilitatem facit consensus
quia ut dicit ieronimus. non sentit qui consentit
peccato. De talibus dicitur prouerbiorum verbera
uerunt me et non dolui traxerunt et non sen
si. Ideo autem temptationi consentiunt quia atten
dunt ad illud quod delectat non ad illud quod [illegible]
nat. Dicit beda quod serpens qui evam seduxit
faciem habuit virgineam sed serpentinam caudam
quia diabolus primo blanditur sed postea venenose
[illegible] Ideo est similis scorpioni qui blanditur
facie sed cauda pungit. 2o non sentiunt divinas
suavitates et hanc insensibilitatem facit a
mor mundi quia non permittit sentire suavitatem
amoris dei. Debemus cor ad mundum clau
dere et ad celum aperire si volumus divinas inspi
rationes suscipere et earum dulcedinem sentire. Hinc cor
hominis est latum superius et strictum inferius quia debe
mus esse lati ad amandum celestia et stricti ad
amandum terrena. Dicit aristoteles in libro de anima
libus quod aues claudunt oculos in palpebra in
feriori animalia vero gressibilia cum palpebra
superiori. Sic spirituales viri oculos clausos ha
berent ad terrena et elevatos ad celestia. 3o
non senciunt suos defectus et imperfectiones et hanc in
sensibilitatem facit superbia. humilitas autem sentit vero
et consentit et quia sentit ideo dicit ipsos perficit.
[illegible] infirmatum est vero perfecisti eam. Si
non infirmaretur non perficeretur. ideo multum [illegible]
presumpcio firmitatis. tales superbi similes sunt
vespertilionibus qui amiserunt visum propter volatum. [illegible]
enim cristallinus qui cogitur ad celestia transferri
in [illegible] alarum. Eodem modo superbi qui in altum vo
lant defectus non considerant. 4o non senciunt proximorum
miserias et afflictiones et istam insensibilitatem
facit avaricia. quia nullum habet sensum compassionis
domine. Aug. de verbis domini. Insensibilis est
avarus divinum nec dominum timet nec hominem ue
retur. nec patri parcit nec fratri obtemperat nec
amico fidem servat. ¶ 4m malum est mollicies que
dissoluit hominem interiorem in aquis deliciarum et ex
tenditur. Hec mollicies in hoc quod talis credit quod
nichil enim grave sustinere potest. Proverbiorum 18. Qui mollis
est et dissolutus in opere suo frater est opera sua dissi
pantis. ¶ Et sicut paralisis corpus vel membrum
inutile reddit sic qui habet paralisim spiritualem
inutilis est. ¶ Unde nota secundum Ioh. de abbatisvilla quod
paralisis morbus quod tetigerit inutile reddit
uitales motus excludit dolorem acutissimum
ingerit. sic significat ipsum spiritualem mortale peccatum quod
hominem facit inutilem. Item peccatum vitales me
atus in meatus gratie excludit quia in malivolam
animam non etc. Item peccatum mortale dolorem acutissi
mum ingerit et non senciatur tunc est tamen acu
tum quia animam interficit. ¶ Dextrum tempus secundum Greg. so
lit c. 9. mistice paraliticus iste est animus cor
ruptus pigritie et negligentie et deliciarum habun
dantia tamquam huiusmodi superfluitate dissoluitur. Para
lisis enim aufert calorem naturalem sensum vitale
opoes [illegible] differentes sensus facultatem mo
vendi potestatem loquendi ut frequenter facit [illegible]
Sic accidia dissolucio et pigricia calorem vitalem
aufert scilicet caritatis presenciam inhabitantis spiritus
sensum sapientie celestis motum bone operis verbum

Margin notes: Esau. — Cayn. — De ceruo. — Ber. — Greg. — Tria genera hominum odit deus. — Ber. — Ambrosius. — Figura de vaccis. — E.

deuote or[ati]o[n]is desert[um] sp[irit]us vivificantis. ¶ Huius pa
litici lat[us] est quies naturalis huius lecti sunt
p[ro]pt[er] sacietas ciboru[m] mollicies idumenta
toru[m] desideriu[m] dic[ionu]m vanitas lud[or]um et spectacu[lorum]
in hoc lecto iacebat sodomite eze[chielis] 16. hec fuit
iniquitas sodome sup[er]bia vite panis saturi
tas habundancia et ociu[m]. Et luc[e] 16. de dite e
pulone. Ex hijs p[ate]t q[ua]litas infirmitat[is] i[n] palitico
curando ¶ Sed sedulitas i[n] medendo p[ate]t ex h[oc] q[uod]
offerebant ei v[ir]i palitic[u]m. D[icitu]r ei luc[e] 9. Ecce
viri portantes i[n] lecto ho[m]i[n]em q[ui] erat paliticus
et querebant eu[m] inferre et inponere an[te] eu[m] et no[n]
invenientes q[ua] p[ar]te eum inponerent p[re] turba as
cenderunt s[upra] tectu[m] submiserunt eu[m]. Et erant
isti viri portantes eu[m] 4^{or} s[ecundu]m m[ar]c[u]m 2. c. hy 4^{or} viri
s[ecundu]m p[ri]sien[sem] p[ossu]nt intelligi doctores ecc[lesi]e qui ho[m]i[n]em
portant et sublevant et an[te] ih[esu]m ponunt et hoc
e[st] 2^{m} officiu[m] p[re]lati. Portare d[icitu]r p[re]latus subditu[m]
vbi auriga dei d[icitu]r 4° reg[um] 2. P[ate]r mi p[ate]r mi curr[us]
isr[ae]l et auriga ei[us]. Portare ei d[icitu]r prelat[us] sub
ditu[m] multip[liciter]. p[rim]o orando 2° compaciendo 2^{a}
cor[inthios] 11. quis infirmatur [et] c[etera]. 3° curam et sollicitu
dinem. 4° ab o[mn]i p[er]i[cu]lo sustentando. Item d[icitu]r p[re]la
tus subditu[m] suu[m] levare spem veni[a]e ei dando
ostendo dei in[sign]iam paratam esse ad recipiend[um]
ut p[ate]t luc[e] 15. in recitentis filij p[ro]digi suscep
c[i]o[n]e. Ite[m] d[icitu]r eum ponere an[te] ih[esu]m eum reconsilia
do. Sed multi sunt p[ro]niores ad tradendu[m] sub
ditos suos sathane p[er] ex[em]pla sua. ¶ Vel p[ossu]nt hy
4^{or} portitores intelligi 4^{or} que p[ec]c[a]torem ad ih[esu]m
adducere solent. Vn[de] novi[t] s[ecundu]m Job de abbvill[e] q[uo]d
sic iste paliticus a 4^{or} portitoribus oblatus est
d[omi]no. ita op[ort]et quemlibet p[ec]c[a]torem a 4^{or} portito
ribus offerri d[omi]no si vult sanari quoru[m] p[rim]us est
consideracio p[ro]p[ri]e fragilitatis. de q[uo] Job 14. In
credi[bi]lem dixi. P[ate]r m[eu]s es [et] c[etera]. 2us portitor est co
sideracio p[ro]p[ri]e iniquitatis. Treni 3°. Conclusit
vias meas lapidibus quadris semitas me
as subvertit. Viam q[ue] ducit ad vita[m] conclu
sit diabol[us] lapidibus quadris i[d est] mortalibus
p[e]c[ca]tis. Vn[de] mortale p[e]c[catu]m lapidi quadro co
patur q[uia] ad modu[m] lapidis quadrati 4^{or}
h[abet] facies que sunt p[e]c[c]a[tu]m cogitac[i]o[n]is locuc[i]o[n]is o
p[er]is consuetudinis desperac[i]o[n]is sive p[re]sumpci
o[n]is et pestilencia p[e]c[c]ati ex 3us portitor e[st] con
sideracio beneficioru[m] dei. 4us portitor est consideracio
eternoru[m] suppliciorum. ysa[ie] 33. ¶ Vel p[ossu]nt ad
ducentes paliticu[m] s[ecundu]m p[ri]sien[sem] d[ic]i ista 4^{or} audit[us]
verbi dei. Act[uum] 2°. hijs auditis compuncti
sunt corde. Item or[ati]o[n]is assiduitas. Act[uum] 12. Pe
trus liberatus e[st] a carcere p[er] q[uod] fiebat or[ati]o si[ne]
intermissione. Item elemosinaru[m] larg[ici]o. dan[ielis]
4. P[e]c[c]a[t]a tua elemosinis redime. Ite[m] tribulaci
o[n]u[m] multiplicacio. q[uia] in p[salm]o. Multiplicate sunt in
firmitates eoru[m]. Et nu[meri] 20. elevans moyses
manu[m] p[er]cussit bis silicem virga et egresse sunt
aque largissime. Duricies que no[n] frangit[ur] i[n]
p[ri]ma tribulac[i]o[n]e frangit[ur] i[n] 2^{a}. ¶ Illi a[utem] qui portabant
paliticu[m] ut h[abetu]r in marco impediti fuerunt a
turba p[er] hostiu[m] intrare. vn[de] sup[er] tectu[m] ascenderunt
et p[er] tegulas eu[m] submiserunt. Sic abraham cu[m]
pass[us] d[omi]no sacrificiu[m] abigebat aves q[ue] ip[su]m impe
diebat. Aves impedientes abraha[m] volente[m]
deo sacrificare sunt turbe impedientes paliti
cu[m] volente[m] d[omi]no p[re]sentari. frequent[er] eni[m] desiderat

de innovari occurrunt multe. Aliquis eni[m] p[ro]p[ter] p[re]s
tine conversac[i]o[n]is memoriam retinac[ul]at. Aliu[m] re
trahit delicijs que velut turbe p[er]suadunt dic
dentes illud q[uo]d h[abetu]r sap[ientie] 2°. Fruamur creatura
tanq[uam] i[n] iuventute celeriter vino p[re]cioso et vngue
tis optimis nos impleamus. no[n] p[re]tereat nos
flos temporis. coronemus nos rosis antequam mar
cescant. nullu[m] pratum sit q[uo]d pretereat lux
uria n[ost]ra. nulla sit vite p[re]sentis amenitas
i[n] qua no[n] delectemur. Et nemo n[ost]r[u]m sit exors
letici[a]e n[ost]re vbiq[ue] relinquamus sig[n]a quia hec est
p[ar]s n[ost]ra et hec est sors n[ost]ra. Item sepe timor au
stere p[e]n[itenti]e aliam facit turbam ut dicat times
sicut Iero[nimus] i[n] p[er]sona illoru[m] qui timent p[e]n[itenti]e auster
tate[m] dicit. Duru[m] est arduu[m] est homines sum[us]
ferre no[n] possumus fragili carne circu[m]damur.
Quem red[ar]guit eos dicens. O nephanda
temeritas o nephandoru[m] insania dix[er]unt igno
du[m] s[ua]e accusarunt. s[cilicet] quod nesciat quid fe
cerit. quod nesciat quid iusserat q[uo]d inposuisset
mandatum q[uo]d impleri no[n] poterit. p[er] hoc
nephas imponitis iniquitate[m] iusto crudeli
tate[m] p[ro]p[ri]o ac hoc susp[ic]ari sacrilegiu[m] e[st] q[uo]d
ad salu[tem] no[n] fecerit s[ed] ad penam. ¶ Ista itaq[ue]
turba s[ecundu]m p[ri]sien[sem] 3^{a} e[st]. s[cilicet] turba cogitac[i]o[n]u[m] stre
pens interi[us] et conculcans terram cordis ne
ad bonu[m] terra ibi germinet et turba inqui
etans to[n]ius e[st] sollicitudo negociorum. luc[e] 10.
Martha martha sollicita es et turbaris erga
plurima. Item turbac[i]o cogitac[i]o[n]um sive p[ec]ca
toru[m]. Job 4. In iniquoru[m] turba i[n] conspectu ei[us].
Ista a[utem] turba impedit paliticu[m] ne an[te] ih[esu]m
ponatur ut h[ic] d[icitu]r. Item impedit langu
idum ne ih[esu]m agnoscat. Job 9. Item cecos
increpat ut taceant. m[atthei] 20. Item zacheo ob
stat ne ih[esu]m videat. luc[e] 19. Item retardat
petente[m] adire ih[esu]m. m[ar]c[i] 3°. Ite[m] differri facit sus
citacionem puelle m[atthei] 9. Item p[ro]rogat illumina[ci]o[n]em
ceci. m[atthei] 10. Portantes igitur paliticu[m] p[re]pediti a
turba ne intrarent p[er] hostiu[m] ascenderunt et de
posuerunt eu[m] p[er] tegulas. P[er] tectu[m] istud p[otes]t i[n]
telligi s[ecundu]m p[ri]sien[sem] observac[i]o consilioru[m]. P[er] tegulas
vero s[ecundu]m Job de abbvill[e] de luto fractas et i[n] igne
solidatas et rubeas signific[an]tur viri p[er]fecti qui
p[ro]p[ter] fragilitatem sunt luteri s[ed] p[er] igne[m] tribula
c[i]o[n]is solidati p[ro]p[ri]o sanguine p[ur]purant p[er] q[uo]s
eccl[esi]a[m] intrare p[ossu]nt p[ec]c[a]tores. et sic p[er] tectu[m] defert
paliticus an[te] xp[istu]m. qui aliter intrare no[n] p[otes]t
p[ro]pter turba[m]. qui aliquis intrans religio[nem] ser
vat consilia qui ex vivendo servare non
potuit precepta. firmo qui cavere no[n] potat
ne raperet aliena abicit p[ro]p[ri]a. ¶ Vel p[er] tec
tu[m] istud ut dicit beda signi[fica]t[ur] sublimitatem
scripture. Vn[de] beda dicit. Non domus i[n] i[n]fi
mis vbi turbe tumultuant remanendu[m].
Sed tectu[m] domus i[n] q[uo] xp[istu]s docet e[st] ascendendu[m] i[d est]
scripture sacre sublimitas est appetenda et lex
d[omi]ni die ac nocte meditanda et patefacto tec
to i[d est] reseratis scripturis eger submittit[ur] q[uia] ad
xp[ist]i humilitate[m] fidei pietate ascendit et ad xp[ist]i no
ticiam p[er]venit. ¶ Qui et fidem offerenciu[m] xp[istu]s atte
disse d[icitu]r cu[m] subditur. Videns ih[esu]s fidem eoru[m]
no[n] tam agnoscendo q[uam] approbando. Beda q[uanto]
valet apud deu[m] fides p[ro]p[ri]a. apud que[m] tantu[m]
valuit aliena ut int[eri]us et ex[teri]us ho[m]i[n]em sanaret

Impedientes ab ih[es]u [con]venire.

Contra timidos i[n] p[e]n[itenti]a. Jero[nimus].

P[ri]sien[sis].

Abbvill[e].

Quid p[er] tectum et tegulas.

Beda.

¶

Beda.

De fide offe rentiu[m]

Videns ergo ihc fidem illorum sup offerentium · dixit paralitico · qui iacebat in lecto · ob meritum fidei offerencium voluit dns sanare infirmum dicens. Confide fili · vbi notatur quod vbi in medico curante magna misericordia. ¶ Vn super isto textu sic scribit Criso. in omel. Offerentium fidem respicit et vecordiam despicit iacentis ut aliene fidei suffragio paralitici anima curaret et corpus respiciens inquit fidem illorum. Certus in hoc loco fratres karissimi non querere incipientium voluntates non expectare ignorantium fidem non infirmi stulta desideria perscrutari sed ad fidem alterius subvenire. Et revera fratres quando medicus querit aut respicit languencium voluntates cum ipse desideret et requirit infirmus hinc est quod nunc ferrum nunc ignem nunc amara potula ingerit et apponit invitis ut curam sani senciant quam sentire non potuit egrotantes. Et si homo iniurias ~~contempnit~~ despicit maledicta contempnit ut sauciatis manibus sponte vitam conferat et salutem. Quanto magis christus medicus bonitate divina morbis sauciatos peccatorum et frenesi criminum laborantes ad salutem et invitos attrahit et nolentes. ¶ Hic tamen notandum secundum Joh. de abbatisvilla quod propter fidem aliorum tamen non dedit dns dare remissionem peccatorum sicut fides propria requiritur in adulto. Vel fides portancium meruit ei quam dns peccata ei dimisit. Vel ergo fides aliena ei graciam meruit. Quantum vel fides propria quam gloriam promereretur. Vel quia propter fidem propriam dimisit ei dns peccata quod innuit cum subdit. Confide fili · id est aliis fidem habe et dimittuntur tibi peccata tua. Sed notanda sunt tria primo quod paraliticum vocavit filium. Glo. humilis dns vocat filium quem sacerdotes dedignantur tangere vel modo dimissis peccatis filius. Et tamen exemplum dat hiis qui sunt in prelacione non despiciendi inferiores. Seneca. Servi sunt immo homines servi sunt immo humiles amici. Item colant te servi potius quam timeant. Non sit homini satis quod satis est deo qui colitur et amatur. Eccl. 23. Si est tibi servus fidelis sit tibi quasi anima tua. Quasi fratrem sic tracta illum. Inferiori vivas quemadmodum velis tecum superiorem vivere. Item per hoc quod paraliticum filium vocat dat exemplum quod non despiciat in adversitate proximus erat in prosperitate qui amabatur sanus amandus est infirmus qui amabatur bonus amandus est malus. Spiritualiter infirmis vero compassio debetur. Boecius de consolacione · apud sapientes nullus prorsus locus odio relinquitur. Nam bonos quis stultissimus oderit. Malos vero odisse racione caret. Secundo ad confidenciam monuit dicens. Confide · que multum valet ad impetrandum illud quod homo indiget. Jere. 18. Benedictus homo qui confidit in dno · et erit sicut arbor viridis plantata iuxta fontem divine bonitatis. ¶ Debemus autem considerare secundum Jan. quod dns peccata nunc dimittit et ad istud exempla precedencium addunt. qui graviter peccaverunt et postmodum penituerunt. Inmensam ergo conditoris misericordiam debemus inspicere · que nobis velut in signum et exemplum penitencie posuit quos per penitenciam fecit post lapsum vivere. Perpendo petrum considero latronem · aspicio zacheum intueor mariam magdalenam · nichil in eis aliud video nisi ante oculos nostros proposita spei et penitencie exempla. Fortassis ei dedit lapsus in fide aspiciat petrum qui amare flevit quod timide negaverat. Alius forte contra proximum suum in malicia exarsit crudelitatis aspiciat latronem qui in ipso mortis articulo ad vitam premia penitendo pervenit. Alius avaricie estibus anhelans aliena rapuit aspiciat zacheum quod si quid ab aliis rapuit quadruplum reddidit. Alius libidinis igne accensus carnis mundiciam perdidit aspiciat mariam que in se amorem ignis igne divini amoris decoxit. ¶ Tercio notandum quod prius animam quam corpus sanavit et conveniens cum infirmitas anime sit causa infirmitatis corporalis. Cessante causa cessat effectus. Docens et per hoc quod in egritudine nostra prius querendus est medicus anime quam corporis. ¶ Vn dicit prosper quod medicus debet egrum monere ut primo cogitet de salute anime ne infirmitas anime eius impediat corporis eius et egrum et alium vel omittere ad eorum que pertinent ad sanacionem egri. Cum immentum peccati vel agitur quod a dno permittitur. Vel quod levite incedit et meliorat passum suum · filia hiis diebus qui a dno permittitur si non inspirenat dominatio. Vn sic in morbi peccato debet penitere. Vel ergo debet opera bona facere pro illa · sciens se non peccati vel infirmitatis nunc causa aliquando in ipso delicti vel augmentandi merita. ¶ Vn notandum secundum glo. Bede quod quatuor de causis contingunt infirmitates primo iustis ut merita augeant propter pacienciam. sicut Job. 2o. ad custodiam virtutum ne superbia temptet sicut paulo. Cor. 12. 3o. ad corrigenda peccata sicut marie sorori moysi lepra. Num. 12. et hic iste paraliticus. 4o. ad gloriam dei ut ceco nato. Joh. 9. et lazaro. Joh. 11. 5o. ad iniciam pene ut herodi · act. 12. quatenus hic videat quid inferius sequatur. Christus ergo quasi perfectus medicus primo amovit infirmitatis causam · quod erat peccatum dicens remittuntur tibi peccata tua. ¶ Sed hic queritur cum paraliticum offerentes principaliter sanitatem peterent corporalem illius paralitici quare christus primo sanavit morbum mentis. Ad quod dicendum primo ut ostendat quod hoc principaliter intendit. 2o. ut ostendat quod hoc in genere est causa alterius quia si nulla fuisset culpa · nulla fuisset infirmitas corporalis. 3o. ut ostendat quod aliquando propria culpa hominis est causa sui morbi corporalis. Forte sic erat in isto. Primo ergo curanda est causa ac deinde eius effectus. 4o. ut christus hoc sumeret occasionem confundendi maliciam scribarum et manifestandi potestatem divinitatis sue. et hoc innuitur in hoc illo quod sequitur. ¶ Et ecce quidam de scribis dicebant intra se. Hic blasphemat. Sed primo notum vbi in scribis circumstantibus detestabilis blasphemia · secundum prisciam cum qua deo iniuriam irrogat verbo interiori vel exteriori tibi exteriori quod fit tribus modis. vel cum deo attribuit quod ei non convenit. Vel cum deo negatur quod ei convenit. Vel quando quod dei est sibi dans attribuit. Sic nerant enim scribe et pharisei solum deum peccata dimittere. non verbo interiori arguebant eum de blasphemia tamquam usurpante sibi quod erat solius dei. Quasi dicerent. nullus. Et vera sua innuitur in textu cum dicitur. Et ecce quidam de scribis · id est legisperitis qui non contradicere consueverunt. Dixerunt intra se id est cogitabant. et sic verbo interiori dicebant. quod exterius dicere propter populum non audebant. Dixerunt

q̃ mit se hic blasphemat . i . qd dei est vsur
pat. ¶ Et cu vidisset ihc cogitacões eoz dixit
vt quid cogitatis mala i cordibus vris . v . me
nõ posse pcta dimittere . et qd dei est vsurpare .
qi dicet . qua ptate cogitacões vras video vo
bis q̃ intelligite quoz possum aptę cogitacões
cogstare q ego possum pcta remittere . quid
est facilius dcere . i . auctę impare . dimittũt
t pcta tua an dcere surge et ambula . i . an cor
pus palitica sanare . qi dicet . vtruq et in
facile et equalis i se virtutis . Jero9 . vtru pa
litico pcta dimiserit solus nouit q dimitte
bat . Surgere a et ambulare omnibz manifesti
erat qui videbant . ¶ Sz cõ istud obiatur
vt q sophistice arguat dñs . mai9 est ei hoi
nem sanare i anima q̃ i corpe . p illud . mai9
e iustificare impiu q̃ creare celu et terra . et ita
dñs pbat mai9 p minus . ac si dicet . possũ
illd qd est minus . v . sanare corlr . q̃ possum
illd qd est mai9 . v . spũlr sanare . Ad hoc di
cend q sanare corlr aut est intra posse natr
create et quo ad factu et modum et tunc mi9
e sanare corlr q̃ spũlr . Aut est v posse na
ture create et solitum cursum vel quo ad
factu vel quo ad modum . Sic eq3 magnu
est corlr sanare et spũlr . Sic est i pposito iu
stificare . aut maius dr quo ad factu q̃ crea
re et meli9 nõ tñ quo ad modum faciendi .
vel potenciam facientis . Item . vt sciatis q
fili9 hois . glo . q idem est fili9 hois et ds .
tunc ait paralitico . Cõ . Petrus multos
curauit corlr et resuscitauit a morte nõ tñ
pbatur q sit ds et q de se remittit pcta . Ad
hoc dicend q mod9 cõ operandi faciebat
pbacõz nõ tñ res opata . xps a ppria auctę o
pabatur . vñ dicebat . dico t surge . Petrus
aũ auctę xpi opabat nõ sua vñ dicebat . In
noie dñi surge . ffacere aũ mirabilia ppria
auctę et virtute . pbacio est diuinitatis . fa
cere a aliena nõ . et io pbat se esse deu p hoc
q auctę ppria sanauit eu dicens . Surge
et ambula . Moral . surge declinando malu
et ambula faciendo bonu . p illud psi . De
clina a malo et fac bonu . ¶ Vt a sciatis
q fili9 hois ptatem hz i terra remittendi
pcta . Iste textus s^m Jan 3^{es} expoñ pt . p^o ut im
mediate coniungat ad illud qd se^z . tolle
lectu tuu . qd a interpo^z . tunc ait paralitico
sit verbum euuge^{te} . 2° . ut fiat complecio
in hunc modum . Vt a sciatis q fili9 ho
minis etc . tu dico faciam et surgam . pdea
subdit euuge^{ta} . Tunc ait paralitico . 3° . ut
sit verbu euuge^{te} ad nos dicentis . Vt a
vos posteri sciatis q fili9 hois hz ptatez
i terra dimittendi pcta tunc ait parali^{co}
¶ Et notand q dicat hz ptatę i terra . nõ v
terra nec infra terram . Remissio a nõ hz lo
cu v terram . i . in celo q ibi oia pcta sunt di
missa . Nec q3 sub terra . i . in inferno . ibi eni
s pcta ppetrata . Sz hz locu in terra . i . i mu
do . q ibi sunt pcta remissibilia . Surge
tolle lectu tuu . v . sanus ab ifirmitate qua
diu tentus fuas . tolle lectu tuu . i . q diu
tenebaris . lectus est pctm i quo qescit cu
i eo delectatur . Ab hoc lco surgit cu pctm de
serit . lectu port cu pctm est ei oneri et dolori

p^{rius}
qd fuerat et quieti et delectacõi . Ab hoc lco siue de
lectacõe esset surgend p^o q i eo nõ quiescat vere
sunt nec i spinis . Mich 2 . Surgite et abite q
nõ vetis hic requiem etc . p^o p la immundicia
longe ei maior e immudicia pcti q̃ camr3 i
mundi^a corlr . vñ mag^a est corrupcio spc
huius qui pca9 vult morari i immudicia
q̃ iu surgere . et qui debuit vere lailium
floridum vult vere sordidum . 3° p imi
nens periculu . Justi^a ei dei gladium hz
euaginatu sr iacente cominans ei morte
nisi surgat . Job 19 . 4° p verecundia . Spec
taculu est ei pctor iacens i hac immudicia
i angelis et demonibus . Cor 4 ¶ Iste notand
q pctor tres hz lcos in quibz vult quiescẽ
p^mus est supbie . Iste lcus est honoris et
ei9 honor cito i contumeliam comutat^z . 2^9 e
voluptati i q vi esse quies et delectacio s3 ibi
plus est amaritudinis . 3^9 est auarc^e q hz p
turbaciõ spinas diuiciaz qui lcs est doloris et
nõ quietis . ¶ Surge q̃ tolle lectu tuu et va
de i domum tuam . i . etiam p sacioz suscep
tos . q qui fuerunt cu pibunt . Gen 7 . Oms
cõ archam inuenti perierunt diluuio . Vel in
domu i . celum p ingem medito^m . In domu . i
ppriam consciam nõ aliena curiose discucia
endo ea . Vel in domu v corpis vilitate et
fragilitate ei9 considerando . hoc ei multu
valet ad humilitate . Ber . O anima domu ha
bes cito casura est domus tua et u cito pcide
ris ventis et pluuie exponeris . ¶ Sz s^m Joh de
abbuilt notandus e ordo sanandi . p^o dicit .
ffili dimittũt t pcta tua . et p9ea subdit .
Surge et vade i domu tuam . In domu ire
est ad padisum redire . vel ad etne ciuita
tem ut caritatis regimine ptegatur . Vel ad
sui custodiam p cautelam ne itez pcet .
¶ Beda sup luc . spũlr surge de lco est aĩam
a carnalibz vbi eg^a quiescebat abstrahere .
lectu vero tollere est ipam carnem p contine
frena correpta spe celestiu p^mioz delicijs p^i
uare terrenis . Sublato vero lco domu ire
ad padisu redire est . Alr sanus q langue
bat lectu reportbat domu cu anima pctoz
recepta remissione ad interna sui custodia a
cu ipo se corripe refert . ne p9 venia qd vi
uiste referatur amittat . Surrexit et abyt i
domu suam . Surrexit mg^a stati ad impiu
dñi sui . vñ lucas hz . Confestim surgens
coram illis tulit lectu i quo iacebat et abyt
i domu sua . Beda . mira po^e diuine virt9
vbi nulla tpis interueniente morula iussa
saluatoris salus festina comitatur . Videntẽ^s
a turbe . v . miraculum factu i paltico timu
erunt . timendo et admirando . luc 4 dr . Stu
por apphendit oms glificando et laudauo
deu qui talem ptatem dedit hoibz . Glo .
horem ūter oms tam potenter opante et
ex hoc pz q de xpo plenam habuerunt notia
q purum hominem eu esse credebat . Set
sr alios homines esse et posse et hanc ptatę
a deo accepisse . Glo . Ambro9 . s^r 4^4 c^7 . luc . sp
tant surgente mirabuli mirantur abeunte
et diuini opis miracula malunt time q̃ cre
dere . Nam si crederent nõ timerent sz diligent
pfcta ei caritas foras mittit timore . Sz merito
q audierant relas blasphemijs stupente

A lco pcti est surgendu

lectos tres hz pctor .

Ber .

Abbuilt .

Beda .

desiderijs

Beda .

Ambro9

Doc 2o pro fine uanitatis

ad laudem conuiuium tante maiestatis.

Videte quo caute ambuletis ephes 4. Collo videte i oculo mentis diligenter considerate quo i quo moderate caute non per deuium vel casum ambuletis i viuatis vel viuendo proficiatis. Est enim tota vita nostra itinero ad mortem. ideo qui in hac vita delicias et honores querit similis est latroni qui ad furcas transiens suspendendus honorifice et cum gaudio ad patibulum ducitur. Verum quamuis omnes ad mortem ambulent corporalem tamen quidam per mortem illam ad mortem eternam. Alii per eandem ad vitam ambulat sempiternam. Ille autem solus caute ambulat sine viuit qui per mortem ad vitam tendit. ecc 6. quid habet amplius stulto sapiens et quid pauper nisi pergat illuc ubi est vita. Ideo non ut stulti sed ut sapientes ambulare debetis quid precepit apostolus dicens Videte quo caute ambuletis non quasi insipientes sed quasi sapientes. Et quia precepto apostolico de vita honorabile conformi consilio quam practizare debemus et ea premissis est colligere diligenter considerare quo caute et prudenter valeant viuere et ambulare.

Duo noNda

¶ Ubi duo notanda sunt ab apostolo utilis scilicet in visione et operum virtuosorum et sequitur meanta ambulacione. primo dicit Videte. videte inquit ne sitis per gratiam vestri oculo excecati. Dedit enim nobis deus ut dicit Io de abbiult oculum dextrum quo videamus agnos ad dexteram collocatos et sinistrum vel ad diuicias temporales ad necessitatem non ad voluptatem aliquotiens videamus et cum gaudio eternitatem principaliter contemplemur. Possunt duo oculi dici intellectus et affectus de primo

Abbiult.

Duo oculi.

dicitur. Mt. 4. lucerna corporis tui est oculus tuus. De 2o dicitur primo Reg 27. dixit Naas ad viros iabes et galaad in hoc feriam vobiscum fedus ut eruam omnium vestrum oculos dextros. ¶ Secundum Crisostomum operis imperfecti omelia 12. duo oculi interiores sunt mens anime et mens corporis. et est illud Mt. 18 Si oculus tuus scandalizat te erue eum etc. et ad propositum ita scribit. Puto ad animam hec omnia referri. Oculum ergo anime dicit id est mentem per quam videt. et alibi dicit Si corpus tuum fuerit simplex. habet et corpus suam mentem sicut et anima suam sicut testatur apostolus de mente anime dicens. Ego ipse mente seruio legi dei carne autem legi peccati. Et paulo post. Unusquisque autem habet dextrum oculum et sinistrum. dextrum mentem anime sinistrum autem mentem carnis. dexteram autem manum voluntatem anime sinistram autem voluntatem carnis. Cum ergo ex passione carnis concupiscimus sic homines non autem resistimus concupiscere tunc sinister oculus nos scandalizat i mens carnis non mens anime. Et sinistra manus scandalizat non dextra i voluntas carnis non voluntas anime. Vide nunc quia non iubet carnis mente cecare vel carnis prescindere voluntatem. Nec enim fieri potest ut caro aliquando cesset a desiderio malo. Desideria autem carnis quidem retinere possumus ut faciamus quod desiderat caro prescindere autem non possumus ut non desideret. cum autem ex proposito anime malum volumus tunc dextra manus et dexter oculus nos scandalizant. hunc oculum

Trisos. Duo oculi interiores

Due manus.

et hanc manum prescindere iubet quos et possumus prescindere quia anima in arbitrio suo est creata ut ad quod voluit valeat declinare. Caro autem non in arbitrio sed in malo vendita est sub peccato et non potest bonum velle. ¶ Quando autem dexter oculus et dextra manus nos scandalizant ostendit Crisostomus consimiliter per quoddam nobilia multum valde. quorum primum est. Erat quedam mulier religiosa virgo vel vidua quam aspexi et consideraui quia et de bona mente visitare mulierem illam assidue. videns quidem religionis igitur quam mulier instruam illam et confirmem eam in proposito eius bono. Sed iste respectus mentis et dexter oculus factus est mihi in scandalum. Quid ergo oportet fieri oportet erue talem respectum bonum qui in generat malum. ¶ 2m exemplum ponit consimiliter adiens. Vidi orphanam quandam et dixi. debeo hanc accipere in domum meam et educare donec veniat tempus nubendi dando et cepi ei ministrare que necessaria erant. bonum opus hoc et dextra manus hec. Sed dum eam ministratoris videndo eam cecidi in laqueum desiderii eius. Istud opus bonum et dextra manus factum est mihi in scandalum. ita et videntes me quidam familiariter agere cum illa scandalizati sunt dicentes. Quis non vult esse quia iste sit familiariter locutus cum puella. Oportet ergo prescindere tale opus bonum quod mihi vel alteri generat malum. Hec ille. Ideo ergo oculo carnis sed oculo anime Videte quo caute ambuletis. ¶ Verumptamen ut breuiter declaranda possim apostolico conformiter primo ex processu epistole sunt quedam notanda ad cautam ambulacionem et quedam remouenda a caute ambulatore obuiantia. Primo promouet ad cautam ambulacionem sapientia ut via debita agnoscatur et obuiat insipientia que a recta via abducit semper insipientes. Hoc enim habetur visum ex sententia scripture. ecc 6. hoc habet sapiens amplius a stulto ut illuc pergat ubi est vita. et ideo hic precepit apostolus ut caute ambuletis non quasi insipientes sed quasi sapientes. Ideo inquit quasi insipientes quia insipiens et stultus simul peribunt. ¶ Unde sciendum quod multi hiis diebus incaute ambulant sed quasi insipientes primo ambulantes in tenebris. ambulans enim et nesciens quo vadit insipienter ambulat. Sed qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. Io 12. quis autem talis sit ostendit prima Ioh 2. qui odit fratrem suum in tenebris est et in tenebris ambulat. et nescit quo eat quia tenebre obcecauerunt oculos eius. Ubi primo notandum quod unum principaliter requisitum ad visionem deus locum dicit. Videte quo etc. est lux ideo hoc preceptum non seruat qui ambulat in tenebris. 2o sciendum quod existens in tenebris potest alios existentes in luce videre et ipsam lucem. Ideo non ait quod odit fratrem suum non videt lucem. Sed dicit quod est in tenebris. Sicut enim quis existens in tenebris quid alii faciunt in luce videt sed seipsum non videt ita inuidi odientes fratres suos aliena facta prospiciunt et iudicant sed seipsos non attendunt. Unde videt si alii a recta via recedunt errorem proprium non videntes. Ideo primum requisitum in caute ambulante est quod ipse habeat lucem non quod videat alios lucem habentes. Ideo precepit Christus Ioh. 12 Ambulate dum lucem habetis etc. Dum lucem inquit habetis non dum lucem videtis. Quando autem hanc lucem habere possumus et in ea manere patet prima Ioh 2. ubi dicitur. qui diligit fratrem suum in lumine manet et in luce ambulat. et

